VBERTINVS CLericus Creſentinas. Sal. dicit magnifico & ſplēdidiſſimo uito Guidoni de ſancto ge
orgio Comiti Blandrate & Primo Marchionali Camerario & conſiliario digniſſimo.

ADMIRATI Sunt ſæpenumero q̄plurimi: qui me uel nomine tm̄: uel re & pn̄tia cognouerunt. Vir-
gi. Magni. Guido. ꝙ quū in locis celeberrimis & clariſſimis. Mediolani & Papiæ interpretādi mere
publico & honeſto ſalario, cū magna omnium gratia fungerer: & illuſtriſſimoꝝ Mediolanenſiū prin
cipum benignitate fungi liceret: ipſe ſponte mea id munus omiſerim: & in monteſerratū Caſaleq́ me cōtule
rim: requirūtq́ in hac re prūdentiā et conſilium meum. His & ſi multa ſunt quæ iure opponā: nulla tamē eſt
ualidior: et inexpugnabilior ratio: q̄ quæ primum mouit: eamq́ me aſſecutū gaudeo. Quum enim & ſpes et
ratio ſtudioꝝ ī Cæſare tm̄: hoc ē in principibus ſit repoſita: ſublatio cruenta cæde Mediolanēſium duce Ga
leatio Maria: acris et ingenii: eriudicii principe: fratribuſq́ eius Aſcanio ſacræ Ro. eccleſiæ protonotario:
et Sphortia Bari duce: et Lodouico Maria exilium electis: nec non Roberto Sanſeuerītate illuſtri et maximi
animi uiro: in quibus plurimum ſpei & præſidii mihi fuerat: quid profeſſioni meæ optabilius eſſe potuit: q̄
eum principē nāciſci: q ſtudia laboreſq́ meos reſpiceret. At qui hūc inclytū Mōtiſſerrati Marchionē Guil-
elmum eū fore ſperaui: & confiſus ſum: quia eū: ut eſt cæſarea ſtirpe genitus nō modo liberalis & benigniſſi.
ingenii: ueꝝ etiam humani & eruditi eſſe aūdiebam. Ex quo merito nō dubitaui eum fore erga liberalium ar
tiū pfeſſores benignūm & munificū. Sicut enim nemo ſatis diligit: quod non nouit: ita oportet quibus arti-
bus quiſpiam delectetur eas omni præſidio & fauore tueri. Quæ autē eſt liberalis ars: ut rem militarē omit
tā: cuius omnis numeros tanq̄ Mars ipſe ad unum exactiſſime tenet: & in qua alioꝝ pace dixerim: facile pri
cipatum obtinet. Quæ inquam ars eſt liberalis: de qua hic nō poſſit cum ſumma laude & reſpōdere & diſ-
putare? Vidimus & audiuimus ſæpenumero: quū coram eo ut plerunq́ fit: de rebus grauibus & ſeriis ſermo
oriretur: quāta facūndia: quanto acūmine: quāta omniū admiratione reſpōdeat: ut non omnia percurriſſe:
ſed ſingula ad ungnē tenere uideatur: Quid cū uitis grauibus aut magnoꝝ principū legatis reſpondet? quē
Cæſarem? quē Catonem? quem Epaminūdam aut Themiſtoclem huic anteponas? Sed quoniā epiſtolam
nō hiſtoriā aūt orationē conſcribo: neq́ licet oīa complecti: taceo rerum domuū belliq́ ab eo geſtaꝝ magni
tudinem: omitto eius tēperantiā: & uiuēndi normam exactiſſimā. Omitto prudētiam: & cōſilioꝝ maturita
tem. Omitto uigilantiā. Omitto manſuetudinē: facilitatem: & in audiēdo patiētiam: qui nemini: neq́ diuiti
neq́ pauperi aditum ad ſe claudit: aut aures facillimas negat. Omitto in reddēdo iure æquitatē. Omitto de-
niq́ animi magnitudinē: qua factū eſt: ut nō modo uniuerſæ Montiſſerrati regioni? quā plurimas fortunaꝝ
& dignitatis acceſſiōes dederit: oppida muris cinxerit. arces munitiſſimas: & ppe inexpugnabiles cōſtruxe
rit. Sed in primis Caſali: quod noīe urbis & uiroꝝ dignitate: & mœniū admiratione: & ædificioꝝ elegantia
& moꝝ cultū iam ita decorauit: ut totū pene īmutatū uideatur. Nā qua religione quoue cultu deū immortalē
ueneretur: iā teſtātur maximis ſuis ſumptibus cū alibi tum Caſali erecta tēpla: extructa cœnobia: aſſidue in
religioſos uiros collata munera. Quæ. n. ætas conticeſcet ſāctiſſimæ uirginis ad angelos extra muros Ca
ſalis magnificentiſſimā cū cœnobio ampliſſimo ædē? Quid diui Dominici intra urbē templū ſimul & cœ
nobiū iā molis magnitudine admirabile. At q hæc Guilielmi liberalitas deo īmortali certū & ſuæ ætnæ ſa-
lutis pignus: & ad poſteros nāſitine gloriæ monimentū cōſecrauit & cōdidit. Cur igit̄ talis pncipis contē-
platio nō modo meæ fortunæ relictæ: uerūetiā cuiuſq́ ampliſſimæ dignitatis deſideriū nō molle & tollera
bile faciat? His accedit duoꝝ eius fratꝝ Theodori ſacroſanctæ Ro. eccleſiæ Diaconi Cardinalis in eo or-
dine maximæ & auctoritatis & gratiæ uiri: & Bonifacii principis optimi uita quædā humanitatis: & in me
ex prōpta beniuolētia. Sed illu. Bonifacii bonitatē q ppior eſt: quottidie magis & experior & ſentio: in qua
mihi merito maximā ſpem collocandā duxi: quia cū nemini noceat: oībus benefaciat: ita ut nō alio noīe di
gnior potuiſſe eſſe uideat̄. nō dubito: quin eū potiſſimum cōplectatur: quē uideat: & bonaꝝ artium ſtudioſū
& totius domus ſuæ fidiſſimū cultorē: Sed de hoꝝ principū Cæſarea ſtirpe: & origine antiqſſima: & ſingula
ribus animi corporiſq́ dotibus: ac rebus egregie geſtis: dabitur breui: ut ſpero: locus cōmodius & uberius di
cēdi. Nec totius Mōtiſſerrati nobilitatis: ut ſcis: & huius urbis Caſalis primoꝝ ciuiū benignitas animi mihi
deeſt. Cur igitur cōſilii mei me pœnitet: cū plus boni hic mihi acceſſerit: q̄ illic deſeruerim. Deſinār ergo iſti
mirari ac potius conſiliū factūq́ meū laudent & pbent. Interim igitur cū ſub benigniſſimi Marchionis Gui
lielmi: tanq̄ ſub fœliciſſimæ fagi umbra recubās aliqt quotidie mediter: quo & ſocordiā uitē: & aliis proſim:
& nomē meū: quo mihi ire nō licet: trāſſetā. Ex his quæ euigilaui: cū aliqua īprimi uellē: multoꝝ efflagitatio
ne cōpulſus: ī Naſonis heroinas īterpretationes meas edidi: quas nomini tuo inſcribēdas putaui: ut tuæ er-
ga me beniuolētiæ memor eē oſtenderē: & meo labore tuis filiis pdeſſem: quos qdē: cū octo uirilis ſexus oēs
& eoſdē optima īdole optimoq́ īgenio pditos habeas: ut es ſapiētiſſimus: nō nimia indulgētia & molli edu-
catione: ut pleriq́ corrūpis & eneruas: ſed paterna: hoc eſt prudēti ſeueraq́ caſtigatiōe inſtituis: & iis præce-
ptores: & moribus ſimul & doctrina pbatos adhibes: ut tales a teneris annis inſtituant̄: quales uiros fore cu-
pis. Licet. n. Comitū Blāditate domus tua antiquiſſima: & generoſiſſima ſit: qppe quæ ex ſereniſſima Polo-
niæ regū ſtirpe: ut priſci annales indicāt: originē trahit: licet multis in tota Italia nobiliſſimis ſplēdidiſſimiſ
q́ familiis cōiuncta: licet & ante & hoc maxime tpe multoꝝ uiroꝝ: & tuo pſerti noīe īſignis: licet deniq́ filii
tui prnā mrnāq́ Carretoꝝ nobilitatē referre poſſint: tamē ut es prudētiſſim⁹ multo pluris facis ſciētiæ & uir
tutum nobilitatē: q̄ generis. Nā genus & pauos & quæ nō fecimus ipſi Vix ea noſtra uoco: ut Vlyſſes apud
Naſonē inqt. Quod ſi qs utrāq́ nobilitatē aſſecutus ſit: tum uere clarus honorabiliſq́ purādus ē. Iure igit̄ te ſp
plurimi fecerunt Illu. Montiſſerrati principes q quū uetuſtiſſimam generis nobilitatē cōiunctam uirtute hēs
& pbitatē: q de q̄plurimis optime mereris: de nullis male. Cui igit̄ poti⁹ ſtudioꝝ meoꝝ lucubra-



BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

COMPRA
204381 Inc 1432

tiões dedicē q̄ tibi:q cū optimis ſtūdiis delecteris:eas plurimi facis:q mei noīs ſemp fuiſti laudator:& admi
rator. Accipies igitur pro parte ſatiſfactionis meæ hoc opus:donec excellentiſſimi Guilielmi Marchionis
benignitate aſpirante maiora:quæ iam inſtituimus edere licebit. Tu uale uir præſtantiſſime:& ut facis me
amare perge. Caſali ſci Euaſi.

ANTONII VOLſci Priuernatis ad Ludouicum Diædum Franciſci filiū patricium Venetum in Hero
idas. Publii Ouidii Naſonis peligni.

c VM MVLTos ſæpe uiros:q noſtris tpibus ſapientiæ ſtudio:& rerꝝ cognitione floruere mecū
ipſe reuoluerim:recte Ludouice diæde ſenſiſſe illos arbitratus ſum:qbus in umbra elanguentes
alii ſūma digni rephēſione uideri ſolēt:ꝙ in tāto rerꝝ uſu nulla poſteris monumēta relinquerēt:
ut & illis prodeſſent.& ſe a mortalitatis iniuria uindicarent. Alii uero quod nondum prelia:ſed
ſubito quodā ſpiritu & proximo calore parta intempeſtiua fœtura edere non dubitarint:Mini
me intuentes nō partus:ſed abortiuos emitti unde laboris pluſculum & periculi ſubeant:q̄ iocūditatis & glo
riæ cōſequantur. Ego uero:ut me ab illorum deſidia:& iſtorꝝ petulantia omnino liberarem:tātiſper cōctan
dum cenſui:dum fœtus utero ſenſim creſcente maturior ederetur. Quanq̄ non deerant q me interea preme
rent:ſtimularent:urgerent:atq; liberius accuſarent:ꝙ tot annos:quot interpretandis auctoribus impendi ni
hil oīno ediderim:quos Fabii ſecutus cōſilium q̄diu uiſum eſt amice continui:licet quanto honeſtius quod
eſflagitabatur negare uiderer tanto acrius inſenſi:meam illā uerecūdiam uelut inertem expoſtularēt:preſer
tim quod aiebant multos in dies magis obrepere:qui ut inſidiātes alueolis fuci:alieni laboris īſultare fortiſ
ſima temeritate nō deſinant. Sed hos uariis iam cōtentionibus ſpero repuliſſe. Nam ſi qua ſupererant ſemi
na eo libello quem emendationē uigilianā inſcripſimus:adeo repreſſi ſunt uniuerſi:ut nō modo incepti pœ
niteat:uerum etiā omnino deiecti culpā deprecentur:ſed iam iſtos ſinamus ineptire. Cū apud Marcū Var
ronē uetus adagium illud intuemur:quod dicitur homo bulla. Aequū uiſum eſt:ut honeſte monentes audire
mus. Nā ſi putauit ille ſeni properādum:quanto magis iuuenibus qui ualidiores ſunt:& uires ſuppetūt:ne cū
legendæ facinullæ tempus admonuerit pluſquā ſuperari queat itineris reliquatur. Mihi quoq; deinceps nul
lam cunctationem fore tutam exiſtimo:ne dum cōſulto actionē differimus in contēplatione elanguiſſe cre
damur. Quæ duo in humana uita maxime utilia cēſuit Plato:eāq; pfectam fore nō putauit:niſi ab ea ſolli
citudine:quæ ſolū noſtra eſt ſæpius diſcederemus:ut amicis:& patriæ quoad fieri poſſit:negociū impartia
mur. Quo mortales adeo diſtrahi nō decet:ut a uirtutis contemplatione:quā uiro bono tribuit Ariſtoteles:
arceātur oīno. Sed tenēda eſt par q̄dā dimēſio atq; recta:æquabiliſq; effectio:quā ſtoici kalortolin appellari
uoluerunt:ubi nihil emineat nihil niſi æquū aut rectū appareat. In quo genere cum pauci ſe cōtinuerint:eos
inter uel maxime enitet Franciſcus Diædus genitor tuus uir quidem nō modo continentia & pietate:ſed oī
genere uirtutis:cum quouis huius ætatis cōferendus:eos habet progreſſus:ut inter ſummas reipublicæ oc
cupationes nihil de domeſtica cōmentatione:aut ſcribendo:aut cogitādo remittat. Et q̄q̄ non minori indu
ſtria q̄ fide publica gerit negocia quæ terra mariq; grauiſſima ſumma laude confecit:operā tamen q̄ amicis
deberi credit:& patitur facile & cōſtanter fouet:& pficit:ita quod extremū illum finem:quē omnes expetunt
Licet Hieronymus Rhodius indolentiā. Epicurus uoluptatem diuerſa ratiōe:uirtutem ſtoici & Ariſtoteles
eſſe crediderint:ipſe beneficentiā conſtituiſſe ſibi uideatur. Has inter uirtutes tu quoq;:ut ex feraci ſolo uber
rimus fructus emergis paternæ gloriæ ſpectator & cultor:cuius indoleſq; futuri ſucceſſus præſagia teneat.
Id uel maxime indicat:quod nulla hortatione eam laudis uiam rectiſſimā ducis:quā tibi maiores tui tritam
reliquerunt. Nam cum optime inſtitutus ſis:acriq; emineas ingenio:oſtenditur facile:quā optimā frūgem
hæc ſpōdeat ſeges:magnū certe pmittit hæc præter ætatem ſine arrogātia grauitas:ſine ſegnitie uerecūdia:
Sed cū maiora ſint q̄ dici poſſint:ne laudationis cām quæſiſſe uideamur:redeat unde defluxit oratio. Diutur
num illud ociū quod in executionem auctorꝝ & rerꝝ contēplationem cōtulimus ex Scena iam in caueam de
ducemus. Ne quod lucē ſolemq; deſiderabat:in umbra diſperiret. Cum nihil in hominū uita honeſtius ſit q̄
aliquid elaborare quod memoriam ſeruet & uſum publicum augeat. Quare ad poeticen conuerſus:non qd
animum relaxarē:ut qdam ſe feciſſe dixerunt:ſed publicæ utilitatis gratia cum diuinis illis Ouidii caloribꝰ
nō ſine ſudore & puluere:ut in arena gladiator aliquātiſper obuerſatus ſum. Is enim ut īuentione & facilita
te:ita omnes ingenii ubertate & uerborꝝ copia:Latinos poetas aſtipulante Fabio abſq; ulla dubitatione præ
cellit. Sed cū noſter eques oēm illius campū cucurrerit:oēs nodos ſoluerit:oēs iam calores perſtrinxerit:pla
cuit editionis principium ab heroidibus auſpicari:qm̄ id ſcribendi genus latinum eſt:& ſe primū ceciniſſe
maxime gloriatur Ouidius. Opus.n.uarium eſt diſertū multiplex copioſum:ubi multæ non ſolū exqſitæ re
conditæq; ſententiæ uix ſatis explicantur. Sed etiā locorꝝ hiſtoriarūq; & fabularꝝ obſcura:& perdifficilis ha
ctenus allucinationem præbuit appoſitio. His igitur apertis ſpero meū hunc laborē & tibi & bonis omnibꝰ
non inhoneſtū uideri poſſe. Nam ſi zenoni cythico ſtoicorꝝ principi maximo ornamento Heſiodi theogo
niæ acceſſit interprætatio:ſi Cleantes aſius qui Phernacles ꝙ exhauriret pueros cognominatus eſt. Si Chry
ſippus tarſenſis in fabularum myſteriis magnā ſui ſtudii partem poſuerūt:ut illas uario interprætandi gene
re phiſiologiæ ſubiicerent. Quanto mihi honeſtius uideri debet:ſi euolutis uerꝝ monumētis heroum heroi
narūq; affectus ſummo poetæ ingenio expreſſos:& ad imitationem utilitatemq;:& eorꝝ qui ſimili tenentur
ſtudio:iocunditatē eduxerim:in quo ignauorꝝ dicacitatem:atq; calūniantium inuidiā facile cōtemno. Si tu
cui noſtrarꝝ uigiliarꝝ primitias dedicaui:meam hanc dextro ſydere probabis induſtriam.

a NTO: Poſt euerſam Troiã Græcoꝝ pricipes: phrigiis opibus ditati: cũm in patriã nauigarẽt læſæ Mineruæ indignatiõe: ut Homerus ſcribit: Alii ſunt naſtiſſimis procellis obruti: Alii turpiter occubuerũt: Pauci quũ diutius erraſſent: uix dõꝝ euaſerũt exitium. Aiax Oili filius Locrenſium dux in ſcopulis euboicis fulminatus demergitur. Agamemnon uix lares ſalutarat: quũ nefandæ uxoris Clitemneſtræ dolis ab Aegiſto incautus excipitur: & obtruncatur. Idomeneus e Creta inſula deiectus: ad Salentinos Italiæ populos fugit. Diomedes a ſuis minime exceptus in Italiã nauigauit. Menelaum ut tradit Herodotus ut a rege Protheo Helenã uxorem repeteret: in ægyptũ oportuit cum ſummo diſcrimine traiicere. Vlyſſes Laertis filius ex autolica magnanimi autolici filia decennio uaſtiſſimis iactatus procellis errauit: ſocios quoniã ſolis boues aſſumpſerãt oẽs amiſit. Ipſi anno decimo quũ ab Alcynoo Phæacum rege naui & multis muneribus donatus diſcederet: ui tempeſtatis iterũ deprehẽſus ſolus & mendico ſimilis Itacam appulit. quod Homero Odiſſeam ſcribendã luculentam materiam exhibuit: apud quẽ Penelope Icari & Polycaſtes filia: & Vlyſſis uxor inter laſciuiſſimã procoꝝ turbam qui ex uariis inſulis in Vlyxis regiam cõfluxerãt: ſumma obſeruantia in coniugali fide perſiſtit mariti .xx. annoꝝ perægre acceſſum ſæpius queritur. Exiſtimabat enim non iactari erroribus: ſed aut occubuiſſe: aut ſuoꝝ & patriæ oblitum: aut puellarum complexibus: aut aliq̃ orbis regione ocioſe ceſſare. Et ex hoc Ouidius omne eſt cõmentus epiſtolam ſuam. Ex Homero Penelopen format. Solicita enim de abſente marito queritur: & ad redeundum inuitat.

# PVBLII OVIDII NAſonis Epiſtolaꝝ Heroidum liber primus.

## PENELOPE V. LYSSI.

h Anc tua Penelope lento tibi
mittit Vlyſſes:
Nil mihi reſcribas: attamen
ipſe ueni:

p ENELOPE tua: quæ tibi hactenus in tãta procoꝝ turba pudice uixit: & coniugalem thoꝝ ſine labe ſeruauit. Mittit tibi: poeticũ eſt: ad te dicet orator. Tibi lẽto: qui deſes es: & noſtro amore frigeſcis & tuoꝝ deſiderio nõ moueris. Nil mihi reſcribas: epiſtolæ ꝓpoſitũ eſt. Mihi: q̃ te expecto: nõ litteras. Attamẽ: ſed ipſe annos .xx. abſente fuiſti. Troia iacet: ĩdicat facile fore: qđ propoſuit: potes redire.

VBER. Hanc tua Penelope. Quodcũq; opus legẽdũ ꝓponitur q̃uis facillimũ ignorato argumẽto ut ſit difficile neceſſe ẽ. Quãobrẽ quũ ꝓ officio ꝓfeſſionis meæ multa enarrare & ĩterpretare contigerit: id in primis ſemꝑ laborãdũ putaui: ut legẽdoꝝ argumẽtũ pateret: deĩde ſi qua aut ĩ uerbis: aut ĩ ſenſu obſcuriora eẽnt diligẽter explanarẽt: ut nõ mihi quẽadmodũ multi inani gloria adducti: ſed aliis ĩterꝓtari uiderer: & in nullius mãus ſcripta mea puenirẽt: q ex labore meo fructũ nõ pciperet: qđ qdẽ cũ hactenus me aſſecutũ ſperẽ: dabo operã: ut id ĩ futuꝝ multo magis fiat: nõ tñ uſq; ſupfluũ laborẽ occupari placet. Nã ut Fabius .v. libro .i. inſtitutionũ oratoriaꝝ inqt: Perſeq qdẽ qđ q̃ſq; unq̃ uel cõtẽptiſſimoꝝ hoĩum dixerit: aũt nimiæ miſeriæ aut inanis iactãtiæ ẽ: & detinet: atq; obruit ĩgenia melius aliis uacatura. Nã q oẽs & iã indignas lectiõe ſcedas excutit. Anilibus quoq; fabulis accõmodare operã põt. Atq pleni ſũt eiuſmodi ĩpedimẽtis grãmaticoꝝ cõmẽtarii uix ipſis q cõpoſuerũt ſatis noti. Hæc Quitil. Quãobrẽ cũ ĩ argumẽtis ſingulaꝝ epiſtolaꝝ enarrandis tũ ĩ cæteris exponẽdis mediocritatẽ ſeq̃mur: ita ut neq; lectorẽ faſtidio afficiã: nec tñ qcq̃ ĩ his nr̃is enarrationibus deſideret̃: qđ ĩ hoc ope cognitiõe dignũ uideat̃. Perſequar tñ ẽt minutiora q̃dã qa nõ ſolũ ab eruditis uolo nr̃a legi: ſed multo magis ab his q erudiri uolunt qbus oĩa plana & apta placẽt. Nõ .n. ad oſtẽtationẽ: ſed ad utilitatẽ noſtrã edimus: & quẽadmodũ pecuniæ: ita ope bñficiũ ĩdigẽtibus ꝓſtãdũ eſt: & id qdẽ liberaliter Sũt .n. q: ut uideat̃ doctiores: nõ ĩterꝓtatiões: ſed ænigma ꝓferãt: quos cũ ſua ãbitiõe & oſtẽtatiõe relinqmus quo plus odii ſibi q̃ fauoris cõparãt. Ego: cũ ĩtelligã. ĩterꝓtẽ oportere eẽ q̃ſi lumẽ eoꝝ q̃ interꝓtant̃: & cũ oẽs ñ potuerit multa aut audiſſe: aut uidiſſe: ñ exiſtĩabo mihi turpe iſ: ut pueris ꝓpõi debet ĩ ſcholis hoc opꝰ ita a me declaratũ fuerit: qđ idẽ de pleriſq; aliis deo mihi aſpirãte breui me factuꝝ ſpo. Sed nũc ad ĩſtituta ꝑgãus.

Poſt q̃ igitur titulum operis uiderimus & qualitatem carminis & intentionem ſcribentis: ad argumentum & textus expoſitionem ueniemus. Repetetur autem paulo altius primæ epiſtolæ argumentum: quoniam ex eo aliaꝝ complurium epiſtolarum argumenta pendent: in quibus poſtea eam ob cauſam erimus breuiores.

Titulus operis eſt. P. Ouidii Naſonis poetæ Sulmonẽſis heroidũ ſiue heroinaꝝ liber Incipit. Primus autẽ nõ addimus: qa plurimis placet unũ tñmõ eẽ libꝝ: qm̃ ĩ epiſtolas diuidat̃ & nõ ĩ libros: ĩ codice tñ meo uetuſtiſſimo reppi diſtĩctionẽ libroꝝ: qđ qdẽ licet numero epiſtolaꝝ cõſtet: ita fieri potuit: ſicut ĩ epiſtolis: q̃s ĩ põto ſcripſit: q̃ ĩ libros a plurimis diuidũtur: ẽt Iuuẽalis ſatyræ: licet ſepatas hẽant ſn̄ias: libroꝝ tñ numeꝝ habẽt. Inueni igit̃ in codice meo uetuſtiſſimo hoc opus diuiſũ in libros .v. q̃noꝝ primus ĩcipit. Hãc tua Pe. ii. Littora theſſaliæ. iii. Si q̃ tñ cæcis. iiii. Mittit hypmneſt. v. & ultĩus. Mittit abidenus. ſed ĩ hoc nolĩ tñ eẽ contẽtioſus: aũt ptinax. Epiſtolæ ſũt numero .xx. q̃nas heroidũ uel heroinaꝝ appellant: qñ licet aliquot ex eis a uiris ſcribãt̃: maxĩa tñ ex pte ſũt claraꝝ & illu. mulieꝝ: quas heroidas appellãt. Oui. li. ii. triſtiũ. Prima locũ ſãctas heroidas ĩter hẽres. Maſculinũ eſt heros: q & ſemideus dr̃: & uir fortis: & uirtute eminẽs: plus hoĩe habẽs. Fœmininũ uero ſub forma patronomica dr̃ herois: & heroĩe. Ouidius aũt ſe nõ ſolũ ſcripſiſſe has: ſed & alias: q̃ nõ ſunt ĩ hoc uolumĩe: cõmemorat. iii. amoꝝ ad Macrũ. Carmẽ aũt elegiacũ ẽ hexametꝝ & pẽtametrũ: quod qdẽ & amoribus & querelis: & miſeriis cõuenit: ut Hora. ĩ arte poetica oſtẽdit. Verſibus ĩpariter iũctis q̃rimonia primũ. Mox ẽt incluſa eſt uoti ſn̄ia cõpos. Quis tamẽ exiguos elegos emiſerit auctor. Grãmatici certãt. Genus aũt orõnis humile ẽ: qa tali carmini cõuenit: hoc eſt elegiaco: quod ut uidimus exiguũ appellauit Hora. q̃q̃ ĩter elegiaca Naſonis carmina: hoc maxime & ſentẽtiis: q̃tũ materia ipſa patit̃:

& uerbo℞ proprietate uidetur aſſurgere. Materia uero eſt ethica.i.moralis: quia deſcribit uarios uiro℞ mulierūq; mores. Intētio poetæ eſt exercēdo ingeniū & quærēdo famā: amoris affectus demōſtrare & oſtendere: q̄tum hi differāt in mulieribus pudicis & īpudicis: qa in aliis caſti amoris pietatē: In aliis libidinis & furoris īcontinētiā ꝓbāt. Itaq; aliæ ad laudē & imitationē: aliæ ad libidinis & īpudicitiæ deteſtationē memorant͂. Sciēdū autē eſt: ꝙ amoris affectus ī nullis Naſonis libris melius exprimūt͂: q̄ ī his epiſtolis: ī qbus artis amādi exercitationē oſtēdit: ſicut ex orōnib⁹ Cicerōis qcqd ī arte dicēdi tradit͂: ꝓprie ꝑcipit͂. Sed iā argumētū enarrēus. qd ut ſupra dixius: paulo altı⁹ maioris declaratiōis gr̄a repetet͂. Ad Pelei Aeaci filii: & Thetidis nymphæ eius uxoris nuptias: q̄ ī Pelio Theſſaliæ mōte celebratæ ſūt: diis oībus ac deabus ꝑter diſcordiam īuitatis: illa īdignata: accūbētibus cū Ioue Iunōe uxore eius: & Pallade & Venere ī mediū ea℞ cōiecit pomū ī quo ſcriptū erat. Det͂ pulchriori. cūq; ut ē mulieribus opinio de pulchritudinē ꝓpria audax & temeraria: q̄libet ea℞ ſe pulchriorē diceret: neq; Iupiter uellet de hac re iudicare: ne aut uxorē aut filias offēderet: eas remiſit ad Parī: q educat⁹ apud paſtorē tūc armēta ī Ida ſeruabat: a quo iuſſit eas petere huius cōtētiōis iudiciū & determinationē. Quū.n. Hecuba Priāi uxor Paride grauida eēt: ſomniauit ſe parere facē: q̄ totā troiā īcēndio corripet. Haruſpicum rñſiōis: & numinis oraculo Priāus cognouit oritu℞ ſibi filiū ex Hecuba: q pniæ eſſet futurus īcēdiū. Quare iuſſit uxori: ut qcqd peret īterficeret. Illa cū pue℞ q poſtea Paris dict⁹ ē pepiſſet mr̄na pietate mota: nō ſuſtinuit eū īterficere: ſed falſa eius mortis ſimulatiōe decepto Priāo: iuſſit eū regiis paſtoribus tradi q pue℞ aleret. Itaq; ut paſtoris filius: aut ut alii uolūt & ſuus & famulus ī peco℞ & armēto℞ cuſtodiis nutritus ē: œnōis nīphæ cōiugio uſus. Ad hūc igit͂ ī idæis uallibus armēta ſeruātē cū tres deæ acceſſiſſēt ſeorſū cū eo qq; locutæ pollicitatiōibus: ut ſæpe ī iudiciis fit: corrūpe tētauerūt: Nā Iuno ut ē deo℞ regina: diuitias & regna: pallas gloriā: ſapiam: & re℞ oīum cognitionē. Veus aūt uoluptatē: & pulcherrīæ ī toto orbe terra℞ mulieris uſū: & poſſeſſionē ꝓmiſit: qs auditas Paris iuſſit ante ſe nuda adeſſe: ut certius de ea℞ pulchritudīe iudiciū afferre poſſet: & demū Veneris ꝓmiſſis magis captus ꝓ ea ſniam tulit. Poſt aliq̄tū tp̄is quū Agonale certamē illic celebraret͂ Paris q fortiſſimus erat ad illud acceſſit: ī quo cū oēs & ēt ipſū hectora ſuparet: Hector ira ſucceſus cū ſtricto gladio tāq̄ paſtorē eū eēt īterfecturus: Paris ſe eius germanū cōfeſſus ē: qd ut Seruius ſcribit allatis crepūdiis: ꝓbauit cū adhuc ſub paſtoris habitu lateret. ſūt aūt crepūdia īfātilo℞ ornamēta. Recognitū igit͂ eē filiū ſuū Priāus Paridē recepit ī domū: tāq̄ tāto tp̄e ſūctus eēt fato: & ꝑiculo qd ex eo īminere audierat. q mox aliquot nauibus ædificatis Spartē nauigauit: ubi cū a Menelao Agamēnonis regis græco℞ fratre hoſpitio exceptus fuiſſet: deīde ipſi Menelao cōtigiſſet ī cretā ꝓficiſci: ille ꝑfidus hoſpes Helenā Menelai uxorē Iouis ex Leda filiā: oīum mulie℞ ſpecioſiſſimā: ī amorē ſuū ſollicitatā abduxit ad Troiā. Alii uolūt expugnata Spthe ſitie lacedæmōe: utroq;.n.nōie dr̄. Helenā quā ei Venus ꝓmiſerat a Paride abductā Herodotus dic͂ eā nunq̄ fuiſſe ductā Iliū: licet fere oēs hiſtoriographi & poetæ aliter ſentiāt: & credāt eā ad Troiā deductā: ut ēt homerus oſtēdere uidet͂. Cū igit͂ ad eā repetēdā legati ab Agānōe & Menelao fruſtra ſæpe miſſi fuiſſet. Agamēnon & Menelaus tātā iniuriā armis uīdicare: & helenā bello repetere decreuerunt. Itaq; cū ad hāc expeditionē ex uniuerſa græcia exercitū cogerēt Vlyſſes Penelopes admodū puellæ quā paulo āte duxerat uxorē & ex ea tm̄ ſuſcepat Telemacū filiū: amore retētus ne iret ad illud bellū īſaniā ſimulauit: iūctus.n. diuerſi gn̄is aīalibus arabat & ſale ſemiabat. Quā īſaniā Palimedes uir bello clarus q regis mādato delectū faciebat detexit. Nā cū arāti ulyſſi obieciſſet Thelemacū ille ne filiū læderet aratꝝ eleuauit: & ſuſpēſū aratrū ultra filiū trāſtulit: ex quo cognitus nō eē inſanus coactus ē ad bellū troianū ire: ubi & Palmenidis īiuriā ultus ē: nā cū falſo ꝓditiōis crimine a græcis dānari & lapidibus obrui & interfici fecit: mox ī eo bello multa prudētiæ & ſolertiæ documēta exhibuit: q̄ ipſe apud Oui.lib.xiii.meta.cōmemorauit: q hoc loco uitādæ ꝓlyxitatis gr̄a ꝑtereo: poſtrēo eius opa factū ē: ut Troia.x.randē anno poſtq̄ obſideri cœpat caper͂: un̄ & ab Hōero poliporthos.i.urbis populator dr̄: & cū ī caſtris de armis Achillis ītet ipſū & Aiacē Telemoniū ortū eēt certamē Vlyſſes dicēdi facūdia ea obtinuit: Mox euerſo Ilio & Aſtianacte hectoris filio e turri ꝑcipitato: ne aliqs de ſāguīe hectoris ſupeſſet: ac captaq; ꝑte ꝓdæ troiāæ cū in ꝑriam glorioſus uictor reuerſurus mari ſe credidiſſet: lōge cōtra uotū ſuū ei accidit: nā uētis tēpeſtateq; actus multū diuq; errauit: & alio℞ decē anno℞ ſpacio ad multa orbis terra℞ loca delat⁹ mores hoīum multo℞ uidit & urbes: reliq̄ d̄ eo dicētūt ī fine epi. Cū igit͂ cæteris ducibus & militib⁹ græcis q bello ſupſuerāt domū reuerſis: ſolus Vlyſſes nō reuerteret͂: neq; Penelope eius uxor cām huius abſētiæ ſciret: ad eū ſcripſit hāc epiſtolā: ī q̄ caſtū & cōiugalē amorē ſuū erga Vlyſſē oſtēdit: & eū rogat: ut nullā remittat ꝑ lr̄as rñſionē: ſed ipſemet ueniat. Adducit aūt multas rōnes qbus ꝓbat eū debere uenire: ꝓbat.n. primū a cōmoditate: qa nō āplius detineāt͂ bello: qa troia ꝑp quā abfuerat capta & euerſa ſit. Deīde ab hōeſtate & æqtate: qa cū cæteri uiri domū reuerſi uxores ſuas ꝑītia ſua cōſulent & re℞ geſta℞ narratiōe detineāt: ipſe ſolus maritali deſit officio: ꝓſerri cū ipſa: ut refert ꝑpetuū cōiugalē amorē in eū ſeruauerit: oſtēdit.n. ſe neq; alii īſtāte pr̄e nubere uoluiſſe & ſp̄ fuiſſe ſollicitā de ꝑiculis Vlyſſis: qd eēt pie & fidelis cōiugis argumētū. Poſtrēo ꝙ Vlyſſes debeat domū reuerti arguit Penelope ab eius utilitate: qa eo abſēte eius bōa dilapidētur: & diſſipent͂: cū neq; ipſa utpote mulier: neq; Telemacus admodū puer: Neq; Laertes eius pr̄ ſenior cōfectus ea tueri poſſint. Cōmemorat aūt ei ꝑcipue ſeniū pr̄is & Telemachi filii tenerā ætatē ut ſi eū uxoris amor cutaq; nō reducat moueat ſaltē filiaris paternuſq; affectus: ſic ergo inquit.

Hāc tua Penelope. Sēſus ē o Vlyſſe Penelope uxor tua mittit tibi hāc epiſtolā nolī āt mihi reſcribas aliqd ſed tu ipſe uenias. Hāc.ſ.epiſtolā. Tibi lēto.i.tardo. Tua: ſubaudi uxor: nā ī nōibus ꝓpriis & gētis ꝓnomīnū relatiuo℞ uel demōſtratiuo℞ & ī ꝓnōibus poſſeſſiuis ſæpe filio℞ uxo℞: marito℞ ſuo℞q; nōia ſubaudiūt͂ Vir. Hectoris Andrōache.ſ.uxor. Ci.ī epi. Ser.tu⁹.ſ.fili⁹. Terē. Video forte hui⁹ Byrrhiā: ſubaudi ſeruū: & notāda ē hæc regula. Mittit: de ſe tāq̄ de tertia ꝑſona dicit: cū ī ſeqnti uerſu ī pria ꝑſoa loq̄t͂: dic͂.n. Nil mi,

reſcri.i.nō remittas mihi rñſū p l̄ras. Sed tū ip.ue.i.p̄e hoc loco dmōſtratiuē pōit̄: nā licet p ecclipſim p ſe p̄ ferat̄ tñ ſubaudit̄ tu:& hēt teſte priſciāo: ſignificationē eius pnōis φ ſubaudit̄.ſ.tu:qd' eſt demōſtratiuū.

ANTO. Nam Troia iacet: diruta ē elegātius Virg. idē exprimit cū dicit. Et cāpos ubi troia fuit. Dicta eſt Troia a Troe rege Eritonii & Calliores Scamādri filio: antea teucria a Teucro:& dardania a Dardano dicebat̄. Inuiſa: odioſa: ē.n. īuidere odiſſe: φ cōtra uonī nimiū uidemus. Danais puellis: heroidibus græcis: a Danao. Strabo teſtat̄ danaos nūcupatos. Vix Pria. tāti: īgerit ſuſpiciōes: dubitat Vlyſſen ideo lētū eſſe: ne peregrino amore teneat̄: dū ſtaret Troia īqt & Priāus uiueret: uix fieri potuit qn in p̄riam nauigaretis. Græci.n. lōga obſidiōe fatigati de reditu ſæpius cogitarūt qd' ī Iliade Homerus uidet̄ exprimere Diōede referēte: ſi oēs græci abſcedāt: ego & Stelenus ſoli ī obſidiōe pſiſtemus. O utinā: pcatur in Paridē: cū hac poetica exclamatione: q cū helenā rapuit: tātoꝝ maloꝝ pbuit cām. Lacedæmōa: lacedæmō pelopōneſi urbs Menelai regia nūcupata a Lacedæmōe Iouis filio ex Thaigete Atlātis & Pæliōes. Adulter. paris Priami fili⁹: q ex Lacedæmōe Helenā rapuit: de quo dicemus. Aqs īſanis.i. magnis: in alto furētibus helleſpōti undis.

Troia iacet certe danais inuiſa puellis.
  Vix priamus tanti totaq; troia fuit.
O utinā tunc cū lacedęmona claſſe petebat;
  Obrutus in ſanis eſſet adulter aquis.
Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto;
  Nec quererer tardos ire relicta dies.

Nō ego deſerto: exponit incōmoditates ſuas. Frigida: ſine uiro caleſcere lectū dicimus ubi uir fuerit & fœmina. Relicta. per.xx. annos a te deſtituta. Tardos dies: qui lōgiores uidētur abſentia tua. Non inqt diē & nocte ſolicitarer: ſi paris Helenā nō rapuiſſet: auget enim pathos a tempore.

VBER. Troia: adducit rōnē q̄re Vlyſſes debeat & poſſit uenire: dicit.n. troiā pp quā domo diſceſſerat eēt euerſā. Troia ēt cū regio ſit aſiæ ī q erat Iliū urbs quā græci euerterūt: pōit̄ tñ īterdū p urbe: ut Vir. oēmq; reuerti p troiā: & hic troia.i. Iliū urbs troiæ. Iacet: diruta ē: & ſolo eq̄ta: ſic.n. urbes cū ædificāt̄ aut florēt: dñr ſtare aut ſurgere: ut Vir. Surgētē q̄ nouæ cartha.ar. & idē. Troiaq; nūc ſtares. & Oui. Iā ſtabāt thebæ: Ita qnū dirutæ ſūt dñr iacere & cadere. Seruius Sul. ad Cice. Quæ nūc pſtrata & diruta añ oculos iacēt. Vir. Cecidit φ ſupbū Iliū: Certe diſtīguēdū ē: ut nō dicāus certe iacet. ſed certe īuiſa: nō.n. neceſſe ē affirmare ulyſſi φ troia iaceat: qa hoc ip̄e optīe ſciebat q fuerat pñs: & ut dictū ē ī argumēto: fuerat ēt ex magna pte auctor illi⁹ ruinæ. Dic ergo certe īuiſa.i. certe odio habita. Puellis da.i. mulierib⁹ græcis: nā Danai a Danao rege dñr: q añ pelaſgi dicebātur: & argiui: qa Danaus uñ dicti ſūt argos habitauit. Puellis aūt dixit ñ ſolū ſexū: ſed ēt ætatē ſignificās: qa adoleſcētulæ mulieres nup nuptæ moleſti⁹ ferūt maritoꝝ abſētiā. Vix pria. uix: ſtultū & ridiculū ē: φ qdā ſic ordināt: uix.ſ. iacet: uel uix īuiſa: cū neuter ſēſus pcedat: ſed ſic ītelligit̄: Priāus & tota troia uix meruit hoc odiū græcaꝝ mulieꝝ: hoc ē ut eaꝝ mariti pp ipſū priamū & troiā abeſſēt: & cōſequēter haberēt odio. Priāus: hēt emphaſim hoc nomē ppriū. q.d. licet magnus rex: & tota troia.i. oēs troiani: cōtinēs p cōtēto. Vix fuit tāti: ut p ei⁹ obſidionē tot uiri græci abeſſēt: & ſic eaꝝ uxores eā haberēt īuiſā. O utinā: o. ad oēs affectus cōuenit: uel miſeratiōis uel īdignatiōis: iungiturq; uocatō noīatiuo & actō. Cicero O magnæ uis ueritatis: & o miſerū īterdū p ecclipſim ptermittit̄: ſed ſubaudit̄. Plinius Iunior hoīem te patiētē: ac potius duꝝ. Interdū ē aduerbiū uocādi & iūgit̄ uocatio: ut O regina nouā &c. Interdū mirādi: ut Iuue. O q̄lis facies. Intēdū idignādi: ut Ci. O tpa o mores. Intēdū optādi: ut Vir. Adſis o tātū. & ī bucco. O tm̄ libeat mecū tibi ſordida rura atq; hūiles hītare caſas: & ī hac ſignificatiōe optādi īterdū pōit̄ p ſe: ut ī exēplis ſupra dictis īterdū iūgit̄ cū utinā ad maiorē affectū exprimēdū: ut hic apud Oui. īterdū cū ſi affectū hēt optādi: ut apđ pſiū: o ſi Ebuliat p̄rni pclaꝝ funus: īterdū ut īqt dōatus: īteriectio ē optātis aductū: aut aī repēte pcuſſi: ut Terē. o ſalue pāphile. Adult.i. Paris: quē p irā pprio noīe appellare nō ponit: ſed p cōtumeliā adulteꝝ dixit: ē.n. adulter q alienæ cōmiſcet̄ uxori. Eēt obru. eēt oppſſus & ſubmerſus. Aqs īſa.i. magnis: uel turbidis & tēpeſtuoſ utrūq;.n. ſignificat ut īſra. Quid ſi neſcires īſana qd æquora pñt: & ī buc. Iuſani feriāt ſine lit. flu. Cū.i. qñ & ſubaudit̄ tūc. Petebat.i. ibat. Lacedæmōa.i. Spatiā: nā utroq; noīe dr̄. eſt aūt urbs laconiæ. Lacedæmō aūt dicta eſt a Lacedæmone filio Iouis & Taygetes: ex qua urbe ut dictū eſt: Paris Helenā abduxit. Sed Lacedæmōa tā p regiōe: q̄ p urbe ponitur: ut Strabo ſcripſit ex auctoritate Homeri. Claſſe.i. multitudīe nauiū inſtructaꝝ. nā hoc ſignificat claſſis: licet ponat̄ interdū p una naue: Hora. Me uel extremos Numidarum in agros claſſe releget. Optat aūt φ Paris fuiſſet ſubmerſus: cū iret ad rapiēdā Helenā: qa ſi Helena nō fuiſſet abducta: nūq̄ græci ad obſidionē Troiæ iuiſſēt: & ipſa penelope nō paſſa fuiſſet īcōmoda q̄ īſra ſe pati cōmeorat. ī quo poeta optīe exprimit affectū doloris muliebris: cui⁹ ē lōge repetere ſuaꝝ īfœlicitatū initia & cās: ſic Ariadne apđ Catul. Iuppit̄ oīpotēs: utinā nec tpe p̄rio Gnoſia cecropitæ tetigiſſēt lit. pu. & Dido apđ Vir. iiii. æne. Fœlix heu nimiū fœlix ſi littora tm̄. Nūq̄ dardaniæ tetigiſſēt nr̄a carinæ. Itē Ariadne ī epi. ad Theſeū. Viueret Androgeos utinā: &c. & Medeæ ancilla apud En. Vtinā ne ī nemore pelio ſecuribus ceſſa cecidiſſet abiegna ad terrā trabes neue īde nauis īcoādæ exordiū cœpiſſet. q̄ nūc noīat̄ argo &c. hāc expoſitionē pōit Ci. ī rhetoricis: & oñdit eā uitioſā eē oratorib⁹ qm̄ nimis lōge repetat initiū: poetis āt īterdū cōcedi. Nō ego: īcipit ea cōmēorare: qb⁹ dicē ſe fuiſſe caritura: ſi paris fuiſſet ſubmerſus. Ego.ſ. penelope. Nō ia.i. cubuiſſe. Frigida: uel re uera: frigida: nō calefacta a marito uel certe qđ magis placet: frigida.i. ſola. nā frigere ſignificat ſolū eē & ceſſare. Terē. Nimiꝝ hic hoīes frigēt: ſicut cōtra feruere frequētari. Vir. Feruet opus. & alibi. Cū littora feruere late pſpiceres. dicīus āt ſolū hoīem q ñ hēt ſociū: & locū ſolū deſtū & ñ frequētatū. Ter. Venit alicūde ex ſolo loco. Deſerto.ſ. te q debueras ī eo mecū iacere. Nec q̄re.i. nō dolerē & lamētarer. Dies ire tar.i. eē lōgos: & tarde finiri: ut mihi uidēt̄: nā amātibus: & oīb⁹ q ſūt ī aliqua ſolicitudine & triſti fortuna

Troia Tros Eritonii Calliores Teucria Teucer Dardania Dardan' Danaus Diomedes Stelenus Lacedem' Thaigete Ilium Danai pelaſgi Argiui O. Adulter Lacedemō Claſſis Frigere Solus

tēpora uidētur tarde trāſire:& eē nimiū lōga. Vir.in buccolicis.Si mihi nō hæc lux toto iā longior anno:& Horatius in primo epiſtolarum. Vt nox longa quibus mentitur amica:dieſq; lōga uidetur opus debētibus. ANTO. Nec mihi quærēti.pathos a facto:ut procos falleret q̄tum telæ die texuerat:tantundē ad lucernā nocte detexebat:pollicita erat ſe tūc uirū accepturā:quū telā finiuiſſet:qua integeretur Laertes ſenex:quū fatū cōtigiſſet ſallaciā deprehēdit Anthinous unus ex procis ancilla referēte:ut Homerus auctor eſt. Fallere no ctē:hoc eſt nocte procos fallere. Pēdula:in telario ad opus cōficiendū patēs. Q ñ ego nō timui:a cotpo

Nec mihi quęrenti ſpacioſam fallere noctem
Laſſaret uiduas pendula tela manus.
Q uādo ego nō timui grauiora pīcula ueris:
Res eſt ſolliciti plena timoris amor.
In te fingebam uiolentos troas ituros:
Nomine ī hectoreo pallida ſemper eram:
Siue qs antilochū narrabat ab hectore uictū
Antilochus noſtri cauſa timoris erat
Siue menœciadem falſis cecidiſſe ſub armis
Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos.
Sanguine tlepolemus lyciā tepefecerat haſtā
Tlepolemi leto cura nouata mea eſt.

ris labore ad animi ſollicitudinē trāſit: inſtās interrogādo. Ego:quæ bellicos euētus cōſidero. Pericula grauiora ueris:maiora q̄ poſſint accidere. Res eſt ſolliciti:ſnīa auget miſeriam. Sunt ĩqt ĩ amore ppetuæ ſollicitudines. Vnde apud Plau. Amator adoleſcēs q̄ miſer inquit eſt q amat. In te fingebā:aīo comētabar exponit ſollicitudines cōmemoratione pīculorum. Noīe in hectoreo:quotiēs Hector aliquid geſſiſſe dicebatur. Antilochū:Neſtoris filiū:quē Q uiritus poeta nō ab Hectore:ſed a Memnone Auroræ filio ītere ptū ſcribit. Fuit & alius Antilochus Herculis filius: quē Paris trucidauit. Meneciadē: Patroclū Menecii filiū:qui cū opūte Eanen puerū pmiſiſſet ad Peleū fugit.Is Achilli filio ſociū dedit in bello troiano:cumq; Achillis indutus armis pugnaret: Apollo in formam Aſiis Dimātis filii incitat Hectorē ad pugnā:cui congredientē Patroclū armis exuit pfractis fibulis & trucidandū obiicit:ut ſcribit Homerus.Interea Euforb⁹ Panthi filius Patrocli humeros tælo cōfixit:: cūq; Patroclus ut factum uitaret:ad ſuos ſe reciperet. Hector utrunq; latus tælo tranſegit.Subripuiſſent troiani cadauer:niſi ad tutellam Menelaus affuiſſet. Falſis: non ſuis ſed Achillis. Succeſſu:optato euentu dolui:q ut ſperabatis non ſucceſſit. Sanguine tlepolemus: Phyleus theſprotiorum rex filiam habuit Aſtiochen:ex qua Herculis filiū Tlepolemum genuit: Is quū ī domo pr̄na Lyciniū pr̄is germanū trucidaſſet ueritus ultionē fugit:& Rhodi ī partē regni receptus ē:unde nauibus ix.in obſidionē troianā uenit.Hunc ſarpedon lyciorū rex interemit. Lyciā:lycii Sarpedonis. Eſt nouata: creuit:& aucta eſt:maxime fui ſollicita:quū lycii Sarpedonis haſta Tlepolemum cecidiſſe percepi.

VBER. Q uærēti:conāti. Fallere:decipe & pterire aliqd faciēdo:& texēdo:ne moleſtiā tēporis ſentiam: qd tū nō poſſū aſſeq:qa labor texēdi dū de tuo diſceſſu ſum anxia laſſat:& fatigat manus meas:qd nō fieret:ſi tu adeſſes.Oīs.n.labor uiderēt mihi incūdus te pñte:dr̄ autē falli uel decipi tp̄s quū aliqd fit: quo ipſius tpis moleſtia nō ſentiat.Oui.In triſtibus:Nō q ſoletur:nō q labētia tarde Tēpore ſolādo fallat amicus adeſt. Pēdula:q̄ pēdet e ligno quo īuoluit:qd iugū dr̄.Oui.li.vi.met. Tela iugo īiūcta ē. Q ñ.q.d.ſemp:ē.n.pnūciādum iterrogatiue. Pericula.ſ.de te. Grauiora ueris.ſ.periculis.i.maiora:q̄ ea q̄ uere poſſunt tibi euenire. Res ē ſollici. ſnīa ē exortatio rhetorica:& eſt q̄ſi deſtrictio amoris. Solliciti:anxii:irrequieti. In te finge.enumerat Penelope pīcula multa:& anxios timores:qbus dicit ſe pp maritū ſuū quē amat affectā fuiſſe. Fingebā:aīo extimabā:& ut ita dicā:imaginabar. Troas:troianos:accuſatiuus eſt græcus a noīatiuo tros accuſatiuus ſingularis eſt troa:a quo pluralis formať p additionē.s.ut troas:dicti aūt ſunt troes a Troe Erichthōii filio. Violētos:fortes:uel potius feros & crudeles. In te: cōtra te.ſ.itet pugnādū. Erā pallida ī noīe hecto.i.ſp timebā cū audiebā nomē hectoris:q oīum troianorū fortiſſimus dicebať: pallidus aūt ponit p timido: qm̄ ex timore ſeqr̄ pallor.Siue qs:enumerat multos quos audiuit ab Hectore īterfectos:ob quā cām dicit ſe ualde timuiſſe:ne Vlyſſes ſuis aſtutiis poſſet ab eo euadere. Antilochus erat cā nr̄i timoris.i.erat cā q̄re timerē:ſi qs narrabat ipſū uictū:ſupatū ab Hectore.In quo aduertēdū eſt q Antilochus nō fuit tū ab hectore iterfectus:licet fortaſſe ī p̄lio interdū ab eo ſupatus.Nā fuit Neſtoris filius:q Hectore iā mortuo a Mēnone Aurore filio īterfectus eſt:cuius mortē Neſtor admodū ſenex īpatiētiſſime tuliſſe dr̄:adeo:ut q̄reretur ſe nimis diu uixiſſe:qa filio fuiſſet ſupſtes: Propter⁹ de Neſtore ſic inqt. Nō ille antilochi uidiſſet corpus hūari. Diceret:aut o mors cur mihi ſera uenis. Iuuenalis:Oro parūp attēdas q̄tū de legibus ipſe q̄rať fatorū:& lōgo d ſtamine cū uidet acris Antilochi barbā ardētē:nā q̄tit ab oī.Q uiſqs adeſt ſocio cur hæc in tpa duret Q d facinus dignū tā lōgo admiſet itæuo. Siue Menœci.ſubaudi ſiue aliqs narrabat Menœciadē.i.Patroclū. Cecidiſſe:mortuū eſſe. Sub falſis ar.i.ī armis nō ſuis:ſed Achillis.Hiſtoria aūt ē hoc hēt.Patroclus filius Menœcii filii Actoris ab achile ſincære dilectus:quū achilles ob irā raptæ ſibi Briſeidis nollet pugnare:eius armis idutus putās ſe territurū troianos:q crederēt ipſū eē achillē:cū Hectore cōgredi auſus ē:a quo & ſupatus & interfectus ē:cuius cædē tanq̄ amiciſſimi achilles ita moleſte tulit:ut nō poſſet qeſcere:tandē ut eū ulciſcereť: reuerſus ad pugnā Hectorē ītetfecit:quē currui alligatum circa muros troianos raptauit:& hæc ſatis ſūt ad hūc locū ītelligēdū.Patroclus ītetdū a poetis dr̄ Actorides ab auo.Oui.faſtorū lib.i.Actoridon peleus:ipſū quoq; pelea phoci Cæde p hemonias ſoluit Acaſtus aq̄s.& lib.xiii.met. Reppulit actorides ſub imagine tutus achillis Troas ad arſuris cū defenſore carinis. Flebā:flēdo timebā. Dolos:aſtutias tuas. Poſſe carere ſucceſſu.i.ne carerēt fœlici euētu.i.ne uincerenť uiribus hoſtiū. Sāguine tlepolemi:ſic legēdus ē textus:& ñ triptolemi:nā tlepolemus d quo hic logť filius fuit herculis ex Aſtyoche q Rhodi regnauit:& rhodiorū claſſē

in auxilium græcorum duxit aduerſus troianos: ut Ouidi. lib. xiii. met. O rhodiæ ductor pulcherrimæ claſſis. Is a Sarpedone Iouis Laodamiæ filio: qui ex lycia uenerat interemptus eſt. & ideo dixit. Tepefecerat. id eſt calefecerat. Sanguine: ſcilicet ſuo: quum eſſet uulneratus. Haſtam lyciam: ideſt Sarpedõis lycii. Cura: timor: ſollicitudo. Nouata: redintegrata.

ANTO. Deniq; qſqs erat: colligit ſe maxime ſollicitari ad oẽ alioꝶ piculũ. Iugulatus: uulneratus & extinctus. iugulũ colli iuncturã dicimus: unde iugulare iugulũ ſoluere. Caſtris achi. ĩter græcos milites. Pect9: cor: qd intra pectus continet. Amãtis: Penelopes. Erat frigi. gla. timore frigeſcebat: frigeſcimus tĩore & cor exilit. unde Plautinus ſenex ĩ aulula: cũ maxime timeret artẽ ludriceã: inqt cor ſibi exercere. Sed be. cõ. locus ab auctoritate deoꝶ: ait illis curæ fuiſſe qd optabat. Deus: aut ad hymenæũ: aut ad cupidinẽ referas. ſed de hymenæo placet. Amori ca. cõiugali. Verſa ẽ in ci. plus ẽ q̃ ſi exuſta ẽ dixiſſet. Soſpite uiro: Vliſſe Id. n. potuit ex thelemacho ſcire: q eadẽ ex Neſtore & Menelao audierat. Argolici redi. du. exẽplo firmat ſuſpitiões: alii rediere: tu ſolus ceſſas. Duces: ut Neſtor Agamẽnon & Menela9. Altaria fumant: ſacris ob ſuſcepta uota pfectis. Barbara pda: ſpolia phrygũ & aſianoꝶ: q barbari ſũt. Ad deos pr̃ios: in tẽplis deoꝶ: & laribus pẽdunẽ: ut ueteres facere cõſueuerũt: q poſtib9 tẽploꝶ arma ſuſpẽdebãt. Grata fe. aliaꝶ fortunã cõmẽdat: quaꝶ mariti redierunt: ut iuſtior ſit eius q̃rela: aliæ diis uota pſoluũt p maritis ſaluis: mihi ppetua q̃rela relicta eſt. Nymphæ: heroides: puellæ græcæ.

Deniq; qſquis erat caſtris iugulatus achiuis:
Frigidius glacie pectus amantis erat.
Sed bene cõſuluit caſto deus æquus amori:
Verſa eſt in cineres ſoſpite troia uiro:
Argolici rediere duces: altaria fumant:
Ponitur ad patrios barbara præda deos.
Grata ferũt nymphæ pro ſaluis dona maritis
Illi uicta ſuis troica facta canunt
Mirantur iuſtique ſenes: trepideq; puellę:
Narrantis coniunx pendet ab ore uiri.
Iãq; aliquis poſita mõſtrat fera prælia mẽſa:
Pingit & exiguo pergama tota mero.

Illi: q redierũt græci. Canũt: narrãt. Troica fa. q̃ ad troiã geſta ſũt: alii fata legũt. Senes iuſti: ſeueri: & grauES: onomaton ẽ. nã ſingulis ſuas denoĩationes addidit.. Senes iuſti: & puelæ trepidæ. Pendet: intenta eſt. Monſtrat: ſignat. Pergama: troianæ urbis ſinum.

VBER. Deniq;: tãdem. & finaliter. Quiſqs. i. qcũq;: ſiue fortis ſiue ignauus. Iugulatus interfectus. Nã iugulus ẽ pars colli ſupra pectus ubi locus ẽ ad hoĩem interficiẽdũ aptus. Inde iugulare dicit̃. Caſtris achiuis. i. ĩ exercitu græcoꝶ. Amãtis. ſ. mei penelopes. Erat frigidius glacie: nã pp timorẽ hoĩes frigidi fiũt. Vir. p̃io æne. Extẽplo æneæ ſoluũtur frigore mẽbra: qd autẽ dixit frigidius glacie hypbole ẽ figura. i. ſuplatio: nã hæc oro ẽ ſupra ueꝶ. Sed deus æquus. i. iuſtus: q pios & iuſtos nunq̃ derelinqt. Bene cõſuluit. i. bene puidit. Amori. ſ. meo. Caſto: pudico. qa ſemp ſeruaui tibi fidẽ. Verſa ẽ. ecce quõ bene cõſuluit. qa in tantis piculis belli uir meus Vlyſſes incolumis remãſit: & troia euerſa ẽ: Verſa eſt in cineres. i. incenſa. nã qd incẽdio cõſumit̃ in cineres uertitur. Viro: marito. ſ. meo. Soſpite: incolumi. Argolici. nũc pgit penelope cõmemorare & pbare ab æqtate: q Vlyſſes debeat domũ reuerti: qa oẽs alii duces reuerſi cõſolant̃ uxores ſuas: cũ ipſe ſolus ut diximus maritali deſit officio. Duces: a ducẽdo dicti: q partẽ exercitus regũt. Argolici: græci. Rediere. ſ. domũ ſuã: uel in patriã. Altaria fumãt. ſ. incenſa ſunt ad facienda ſacra diis. Oui. lib. ii. faſtorum. Idibus auguſti fumant altaria fauni: ſolebant. n. antiq in aris thura & cæſas uictimas cõburere: unde illa ſacra holocauſta quaſi cõbuſta dicebãtur. Præda: qcquid alicũde rapit̃ preda dr̃. Barbara. i. troiana: nã priuſq̃ Romani reꝶ potirẽtur: græci oẽs pter ſe barbaros appellabant: poſtea uero latinis græciſq; exceptis barbari oẽs dicti ſunt. Ponit̃. ſ. a uictoribus: qa ſolebãt hoſtilia ſpolia tẽplis deoꝶ affigi a uictoribus. Virg. li. iii. æne. Aere cauo clypeũ magni geſtamen abantis Poſtibus aduerſis figo: & rem carmine ſigno. Deos patrios: q colũtur in pr̃ia: qa quælibet natio habuit ſuos deos: Nymphæ: interdũ græcæ dicũtur ſpõſæ: hic p mulieribus puellis ponit̃. Dona grata. ſ. ipſis puellis: qa libẽter ea offerũt p maritis ſaluis. ideſt incolumibus. Ter. Saluũ te uenire gaudeo. Illi. ſ. mariti. Canũt. cũ lætitia narrãt. Suis: melius iũgit̃ cũ uicta: ut ſit datiuus & ſenſus. Victa ſuis. i. a ſuis. ſ. græcis. Troica fata. Notandũ eſt legẽdum eẽ fata nõ aũt facta: quid enĩ ſignificaret facta troica eẽ uicta! ſed fata uicta ſunt qbus defenſio troianoꝶ cõſiſtebat: quæ dum diu græcos fatigaſſent: & ab ea expugnanda urbe repellerent: tãdem inſidiis Sinonis uicta ſunt equo ligneo armatis uiris pleno in urbe introducto. fata autem non facta legendum eſſe: uel illo loco Virgi. maxime percipitur ii. æne. Fracti bello: fatiſq; repulſi Ductores danaum. Fata autem troianorum hæc dicũtur fuiſſe: Vita Troili: Conſeruatio palladii. ideſt ſimulachri Palladis: quod Troiani habebant in urbe. & ut ſepuchrum Laomedontis quod erat in porta ſcæa ſeruaretur integrum: & ut equi Rheſi de quibus ĩferius dicetur: poſſet a Troianis recipi: hæc omnia fata uicerunt græci. Nam Achilles Troilum ſecũ congreſſum interfecit. Palladium uero ab Vlyſſe & Diomede clam noctu urbẽ ingreſſis: cæſis arcis cuſtodibus exportatũ eſt. Equi Rheſi ut infra uidebitur. ab Vlyſſe & Diomede abducti ſunt. ut Virg. ĩquit. Priuſq̃ Pabula guſtaſſent troiæ: Xantumq; bibiſſent. Porta uero ſcæa diruta eſt ab ipſis troianis: ut equus introduceretur. & ita fata troiana uicta ſunt: & de his nũc eſt intelligẽdum. Iuſti ſenes: epitheton conueniens illi ætati. Ouid. lib. vii. met. Dicite iuſte ſenex: & fœmina cõiuge iuſto Digna quid opteris. Et lib. iiii. faſto. Flent pariter molles animis uirgoq; ſenexq; E quibus hæc iuſti uerba fuere ſenis. Trepidæ: naturaliter timidæ. Pẽdet: attẽte audit: cũ enĩ aliquẽ attente audimus ita eũ aſpicimus: ut ex eius ore pẽdere uideamur. Vir. de Didone. Pendetq; iterum narrãtis ab ore.

Atq; aliqs: oſtẽdit Penelope q̃ uaria rex narratiõe græci domum reuerſi detineant uxores ſuas. Mõſtrat: oſtendit quaſi ad oculũ. Fera p̃lia .i. pugnas geſtas inter Græcos & Troianos. Pingit: deſcribit. Exiguo mero: ſic.n. in mẽſa ſolent multa depingi: quæ ad oculum demõſtrare uolumus: ut infra Helena ad Paridẽ. Orbe quoq; in mẽſæ legi ſub nomine noſtro: Q̃d diducta mero littera fecit amo. Et in .i. amor. Verba leges digitis: uerba notata mero. Idẽ in .ii. amor. Non oculis tacuere tuis cõſcriptaq; uino Menſa. ANTO. Hac ibat: anaphora utit̃. nã licet paululũ declinet eãdem tñ dictione repetit. Simois: fluuius troianus cũ Scamãdro iũgitur & loca paluſtria efficit. Telus ſigæia: cãpus Sigæũ troiæ p̃mõtorium: urbs in eo diruta cernitur: illic & nauales: & achiuorũ ẽ portus: ut Strabo dicit: illic etiã tumulus Achillis: Patrocli: & Antilochi cõſtitutus eſt: qbus Ilienſes quot annis ſacrificãt. Regia celſa: ſup̃ba Priami domus: q̃ erat in arce. paululũ diſtabant Paridis ædes: ut Home. tradit. Aeacides: Achilles Aeaci nepos & Pelei filius: ut dicemus alibi. Hic ala. miſ. terruit He. equos: alii ad tractũ Hectorẽ hoc referũt: ut diſtractus Hector achillis equos terruerit. Et lacer admiſſos: legũt: quoniã in cõſolatiõe ad Liuiã druſillã dicat. Hoc erat Andromache: cũ uir religatus ad axem: Terruit admiſſos ſãguinolẽtus equos. At mihi p̃babilius ẽ: ut ab Home. ſnĩa nõ diſcedamus: cũ quo cõgruere uidebimur ſi legam⁹

> Hac ibat ſimois: hic eſt ſigeia tellus:
> Hic ſteterat priami regia celſa ſenis:
> Illic æacides: illic tendebat Vlyſſes
> Hic alacer miſſos terruit Hector equos
> Oĩa namq; tuo ſenior te quærere miſſo.
> Retulerat nato Neſtor: at ille mihi:
> Retulit & ferro Rhœſum: Dolonaq; cæſos:
> Vtq; ſit hic ſomno proditus ille dolo.
> Auſus es o nimiũ: nimiũq; oblite tuorum
> Thracia nocturno tangere caſtra dolo

Ittora. ut huius epiſtolæ argumentum plenius & melius percipiatur. aurei uelleris fabula primũm eſt referenda: quæ ab Oui. li. iii. faſtorum circa finem ponitur. Athamas æoli filius Nephelen uxorem primum habuit: ex qua amiſſa & in urbem conuerſa: & facta dea: duxit aliam uxorem Inonem Cadmi filiam. q̃ cum more nouercarum odiſſet priuignos: coxit ſemina. q̃ agricolæ erant ſeminaturi q̃ cum eo anno nullũ fructum pduxiſſent: & magna frugũ penuria eſſet ſubſecuta: miſſus eſt ſacerdos: qui oraculum ſciſcitaret̃ de remedio huius malis. uerũ ſacerdos ab Inone corruptus: nũciauit oraculũ petere: ut phryxus & helle mactarent̃ ad ſacrificiũ ad placandos deos. qđ cũ pater athamas diu facere recuſaſſet: tãdẽ & ciuiũ conſenſu: & neceſſitate mr̃ nube ſua deuecta ad eos: ut fugerẽt p̃cepit: tradiditq̨ arietẽ lanã aureã habentem: q eos trãſueheret ultra mare: Sed helle: ut puella: cũ timuiſſet: & male ĩhæreret arieti cecidit: & mari in qđ ceciderat nomẽ dedit: nã helleſpõtu ab ea appellauerunt: Phryxus uero ĩ põtũ pfectus ĩ Colchida delatus ẽ. ubi arietẽ ſacrificauit: & pellẽ aureã ipſius arietis ĩ tẽplo Martis ſuſpẽdit: qđ Diodo. ex oraculo monitũ feciſſe dicit. Poſtea Aeeta ĩ põto regnãte ex oraculo reſpõſum datũ ẽ: illũ tũc moriturũ: cũ ab externis nauigio delatis aureum illud uellus ſublatũ fuiſſet: hac cã oſtẽtauit ſe innata crudelitate hoſpites ſacrificare: ut diuulgata tanti ſceleris fama externi oẽs ab eius regionis acceſſu: & ab aurei uelleris raptu abſtinerent: & ut Diodo. ſecundũ hiſtoriã uoluit: tẽplũ muro circũdedit: cuſtodeſq̨ multos appoſuit ex Taurica accitos. de qbus a græci fabulæ mirãdæ fictæ ſunt. Decantatũ. n. eſt tauros ignẽ ſpirantes circa tẽplũ ẽẽ: & a Dracõe puigili cuſtodiri uellus qđ q uoluiſſet auferre ſopiendũ dracõnẽ. domãdos Tauros ignẽ naribus uomẽtes. Serpentis dẽtes ſerẽdos: ex quib⁹ orituros hoies armatos cõtra quos pugnãdũ eſſet: & deniq̨ eos uĩcendos & ſic aureũ uellus auferẽdũ: quæ omnia fabuloſa ſunt. nam allegorice aliter intelliguntur ut poſtea dicemus. Forte per ea tempora in theſſalia regnabat Pelias Eſonis patris Iaſonis frater qui uirilis ſexus liberos nullos habebat. Iaſon igitur cum eſſet ro

buſti corporis.animiq; preter cæteros ſuæ ætatis magni. cupienſq; dignum aliquid facere ex ſuperiorum
exemplo maximeq; perſei.aliorumq; plurimorū quos ex claris externiſq; expeditionibus īmortalē gloriā aſſe-
cutos audierat cōmunicauit cōſiliū cū pelia rege patruo ſuo:q eius deſiderio aſſenſus eſt nō ut iaſonis gloriā
augeret. ſed ſperans illū belli expeditiōe periturū.nā qa ſe filiis maſculis priuatū eē uidebat.fratrē timebat. ne
quādo filii ope.& uirtute adiutus ſibi regnoq; inſidiaret̄.Simul & territus oraculo quo accepat ſibi neptuno
annua ſacra reddēti pede nudo īteruenieute aliquo ſe cito moriturū.Acciderat aūt ut eo ſacrificāte Iaſon alte

Gratulor īcolumi:quātū ſinis.hoc tñ ipſo
Debueram ſcripto certior eſſe tuo.
Nā ne pacta qdē:p̄ter mea regna redires.
Cū cuperes uentos:non habuiſſe potes
Q uelibet aduerſo ſignet̄:epiſtola uento.
Hypſiphyle miſſa digna ſalute fui
Cur mihi fama prior:q̄ nūcia littera uēit?
Iſte ſacros martis ſub iuga pāda boues?

ro pede nudo īteruenirer.quā diſcalciauerat qa in aq̄ ſiue
limo Anauri fluuii madefecerat.Hāc igit̄ ſuſpitione oc-
cultā tenēs Pelias pollicitus ē ſe iaſoni auxilia laturū:ſi ex-
peditionē pararet ī colchos ad rapiēdū uellus aureū. & cū
ppter barbarā efferāq; gētiū quæ pōtū habitabāt cru-
delitatē:uideret Iaſon quo difficilius ſibi certamē ppoſi-
tū eſſet.eo ſibi maiori gloriæ fore.neceſſaria ſibi ad id bel
lū parauit.& primū iuxta Peliū mōtē nauē ædificauit:ma
gnitudine lōge maiori q̄ quæ ad eā diē fieri cōſueuerant
(erat.n.antea paruarū nauicularū uſus)huius uero eximiā
magnitudinē ſtupentibus oibus diffuſa p græciā eius rei
fama multi egregii iuuenes ultro ad certamen:& eius belli
communionem electi ſunt. Iaſon in aquā deducta naue.
& neceſſariis rebus fulta optimos omnium q cum eo ire cupiebant elegit numero quattuor & qnquagita. Ex
eis clariſſimi fuerunt Caſtor & Pollux.Hercu les. Thelamon:Orphē:& ipſe nauigii auctor Iaſon.Nauis ar-
gos dicta ē ab argo eius architecto:ut qdā ſcriptores aſſerūt:q etiā iter nauigandū eius reſarciādæ curā acce-
perat.alii uolunt a uelocitate dictā.nā argoe græce uelocē ſignificat.Gubernator.Tiphis fuit.de quo Vir.al
ter erit tū Tiphis.& altera quæ uehat argo Delectos heroas.& Oui. in primo de arte. Tiphis ī hemonia pup
pe magiſter erat.ipſi ſocii a naue argonautæ dicti ſunt.Ex pegaſeo igit̄ Theſſaliæ ſinu ſoluētes in lēnum de-
lati ſunt ubi Iaſon conſuetudinē habuit cū hypſiphile thoantis regis filia.quæ tunc lemni regina erat.nā ui-
ros oēs.ut infra dicit̄.lemni mulieres interfecerant.& fœmineo regebantur īperio .uerū conſumptis duobus
annis cū hypſiphyle & eā grauida facta Iaſon tandē diſcedere coactus ē. Itaq; ex lemno data fide hypſiphyle
ſoluerūt ut ppoſitam expeditionem pficerent.Cū igit̄ in colchos delati eſſent:doctiq; fuiſſent a Medea a cru
delitate p̄ris q hoſpites ſacrificabat.pollicitaq; eēt ſe adiutricē ad perficiendū certamē.& dracōnē ſopiendū
tauroſq; uincendos.ut fabulæ tradunt:Iaſon iureiurando data fide uxorē ſibi futurā quoad uita ſupſtes eſſet
ſpopōdit. ope igitur ipſius Medeæ uictoriam adeptus Iaſon:eā ſecū adduxit:qd cū intellexiſſet hypſiphyle
dolens ſe relictā ab Iaſone:& aliā ſibi prelatā.hac epiſtola primū gratulat̄ Iaſoni de reditu incolumi:& uicto
ria parta de auro uellere:deinde cōqueritur:q eā reliqrit pp Medeā quā nitit̄ adducere in odiū:ī inuidiā.& in
cōtemptū ipſi iaſoni.oſtendēs eā eē crudelē ſupbam.& impudicā.Sed ad textū. Littora.i.portum theſſaliæ
regionis tuæ. Reduci.incolumis & ex magnis periculis liberati.Nā Seruio teſte pprie dicuntur reduces q
pericula euadunt.Vir.æn.i.Nāq; tibi reduces ſocios claſſemq; relatam nuncio.& idem. Vt reduces illi ludūt
ſtridentibus alis. Vellere.lana.dicitur tamen a uellendo:quia apud antiquos non tondebatur:ſed uellebatur.
ANTO. Q uātū ſinis.hoc notat gratulari nō poſſe:quoniā nec redierit:nec ſcripſerit Iaſon. Hoc ipſo qd
incolumis redieris ut gratularer.Spargit cōiecturas quibus colligit ſe ab Iaſone deſtitutā. Præter mea regna
ad lemnon. Pacta tibi:quæ tibi in dotem pepigi:ut ad ea redires. Signetur.ſcribat̄. Et obſignet̄:potuiſti
ſcribere ſi redire noluiſſes. Boues ſacros:martis tauri qui efflabant e naribus ignē:uellus aureū marti dicatū
in templo.quod diſtabat a colchorum urbe ſtadia.lxx. cuſtodiebant.illi niſi domarentur.rapi uellus nō pote
rat:hos edomuiſſe Iaſonem alii ſcribunt:Orpheus uero a Medea edomitos tradit.
VBER. Gratulor:gaudeo.gratulamur aūt aliis gaudemus nobis.Cic. Tibi gratulor.mihi gaudeo. gaude-
re tamē etiam dicimus de aliis.cū de nobis nunquā dicamus gratulari. Q uantum ſinis.ideſt quātū pmit-
tis.ſcilicet me gratulari. Hoc ipſo.ideſt de hoc ipſo.ſcilicet qd rediuiſſes cum uellere aureo. Fieri certior.
ideſt admoneri.i. Tuo ſcripto.ideſt per aliquam tuam epiſtolam.Nā ne.excuſauit ipſum Iaſona qd nō redi
erit in Lemnō dū reuerteretur ex colchis ut magis eum accuſet.quod poſteaquā rediit nihil ad eam ſcripſerit.
& eſt ſenſus.poſſibile eſt quod non habueris uentos proſperos: ut redires ad me:cū uelles redire:ordo ē. Po
tes.ideſt poſſibile eſt te non habuiſſe uentos. Ne redires.ideſt ne redire poſſes. Præter.ideſt iuxta littora mea
.ſ.lemni. Pacta.ideſt pmiſſa.ſ.a te. Cū cuperes.ideſt quāuis cuperes. Q uælibet aduerſo.ecce accuſatio.
& eſt ſenſus.& ſi uento contrario nō poſſes redire:potuiſti tamen aliquā ſcribere epiſtolam:ordo eſt q̄libet.i.
quæuis.q.d.etiam breuiſſima. Signetur non aſſignet̄ ut aliq dicunt.ſed ſignet̄.i.claudat̄ & ſcribat̄:unde reſi
gnare epiſtolas contrariū eſt.i.apire.ponit̄ aūt ſignet̄ p ſignata fuiſſet:tempus p tempore. Vento aduerſo.
i.contrario tibi ne ſineret te uenire.uel ſignet̄.ſ.nunc.ſ.poſtquā es reuerſus.uel ut ī aliis codicibus legit̄.quali
bet &c.Q uolibet.i. quantum uis aduerſo. Signetur.i.ſcribatur & mittatur.q.d.hoc facere potuiſti uento
quantumuis aduerſo. Hypſiphyle.ſ.ego. Miſſa:a te. Cur mihi.conqueritur quod prius ex ſermone aliorū
quam ex ſcriptis Iaſonis intellexerit:eius uictoriam habita ī colchis ut infra. Fama.publicus ſermo oīum.
Q uam littera.i.quam epiſtola tua.Nuncia.quæ nūnciaret mihi.Boues.tauros.Martis.erāt marti conſecra
ti propter ferocitatē:quæ ipſi marti attribuitur. Pāda.curua. Vir.lācibus & pandis fumantia ponimus exta:
deriuatur autem a pando:neq; pandibus dicitur:ſed pandus:ut priſ.uoluit alternitatis uitandæ cauſa.

ANTO. Seminibus iactis: dentes ſerpentis intelligit: quos Pherecides martem dediſſe tradit: ut illos quotiens hominibus indigeret ad opem ſeminaret. Orpheus uero a phryxo Eetæ rege datos eſſe refert. Adoleſ ſe: creuiſſe. iaſon acceptos dentes a Medea ſeminauit: nã ea erat rapiendi conditio nati homines armati cum primũ iaſon magnũ ſcilicem proieciſſet: ſe mutuis peremerunt uulneribus. Segetes: multitudinẽ apud Virgiliũ. Telorũ ſeges. Tũa dextra: quia ſeipſos cõfecerunt. Peruigilẽ dracõẽ. fagũ ex qua pendebat uellus cuſtodiens aſſiduo uigilabat ſerpens Orphei cãtu: & Medeæ carminibus conſopitus eſt. iaſon iuuãtibus Caſtore & Poluce: & Mopſo uellus ſubripuit. Timide: ſine certa fide. Quãta forẽ: ſumma cõtentione firmarẽ. Obſequiũ tuli meo deſiderio ſatiſſactũ putarẽ. Si maneo tua. ad tuũ cõiugiũ reſeruor. Barbara narrat̃. cõiecturam firmat a rumore. Barbara uenefica. Medeam circunſcribit quæ ſuo obſtare cõiugio ferebatur. Nam relictis parentibus iaſonem ſecuta eſt in Theſſalem: eam ſcuitia & ueneficio inſimulat. barbaram crudelem ſignificare ſcribit Fabi. Medea licet primum fuiſſet clementiſſima & paternæ crudelitati obſiſteret: demum in omne genus ſæuitiæ inquinata eſt: fratrem Abſyrthum in fruſtra diſcerpſit. filios trucidauit. & Creontis regiam incẽdit eam fuiſſe ueneficam. Diodorus & Strabo: & Pinius ſcribunt. Temeraria dicar: temerarium dicimus non qui plus audet quã oportet. ſed q̃ facile nullo adhibito cõſilio credit. Inſimulaſſe: accuſaſſe ducta falſo rumore. Hoſpes Theſſalus: arguit a teſtimonio: ne omnino temeraria uideatur. Hæmoniis: Theſſalis ab Hæmone rege: theſſalia hæmonia dicta eſt. Vix bene limen erat: non omnino limen ſuperauerat. Aeſonides. æſon Tirus & Cretei filius: ex Alchymede Iaſonem genuit: unde Aeſonides. Hæſit. reſpondere titubauit: nouerat ſe mihi rem minime gratam renunciaturũ. Fixus lumina: pathos ab obtutu. Exilui. furores concepi. Ait. Theſſalus hoſpes. Timidũ quod amat legendũ eſt: non quod ait. eſt enim inquit amor res timida: ut alibi: Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Iurare: de uita tua. Vtq; redit aĩus: poſtq̃ ille furor abſceſit.

Seminibus iactis ſegetes adoleſſe uirorum
Inq; necem dextra nõ eguiſſe tua.
Per uigilẽ ſpoliũ pecudis ſeruare dracõẽ:
Rapta tamẽ forti uellera fulua manu.
Hęc ego ſi poſſem timide credentibus iſta
Ipſe mihi ſcripſit dicere: quãta forem.
Quid querar officium lẽti ceſſaſſe mariti:
Obſequiũ maneo. ſi tua. grande tuli
Barbara narratur ueniſſe uenefica tecum
In mihi promiſſi parte futura tori.
Credula res amor ẽ. utinã temeraria dicar.
Criminibus falſis ĩſimulaſſe uirum
Nup ab hẽmõiis hoſpes mihi theſſal9 oris
Venerat: & tactũ uix bene limen erat.
Aeſonides: dixi quid agit me9: ille pudore
Heſit. in oppoſita lumĩa fixus humo.
Protinus exilui. tunicîſq; a pectore ruptis
Viuit an exclão: me quoq; fata trahũt:
Viuit ait: timidũq; mihi iurare coegit
Vix mihi teſte deo credita uita tua eſt.
Vtq; animus rediit: tua facta reqrere cœpi

VBER. Seminibus. ſubaudiẽdum eſt. quam fama nuncia. Segetes uirorum. ideſt uiros ſæminatos. Iactis. ſparſis. Adoleſſe. ideſt creuiſſe. Tua: quia ſeipſos interemerunt. Nã quum Iaſon quæ Medea dederat in medios illos terrigenas proieciſſe: illi arma in ſe conuerterunt. & mutuis uulneribus ceciderunt: Peruigilem: nunquã dormientem. Seruare: cuſtodite. Spolium: pellem. Pecudem. arietis. licet & interdum dicat̃ ouis: ſicut ſupra. Vellere diues ouis. Sed quoniam promiſimus ſupra interpretaturos huius fabulæ allegoriam. dicit Diodorus. Cuſtodes ideo tauros dictos fuiſſe: quod robuſti eſſent & fortes: ignem uero naribus afflaſſe crudelitatem cædis hoſpitum. Draconem uero nomen fuiſſe diligentis cuſtodis. Tamen. licet hæc omnia ſupradicta eſſet: Rapta. ut capta & expugnata. Hæc ego: dicit quod exiſtimaret ſe felicem: ſi poſſet dicere hæc ſibi ab Iaſone ſcripta fuiſſe. Timide credentibus. ideſt uix credentibus. Ipſe. iaſõ ideſt propria manu. Quãta. ideſt q̃ magna q̃ felix. quaſi dicat feliciſſima. Lenti. ideſt tardi. Ceſſaſſe. defuiſſe mihi. Officium. ſcilicet ſcribendi. Tuli. ideſt accepi. Obſequium. ideſt rem gratam. ideſt ſatis mihi feciſti ſi remaneo tua: & non oportet quod querar quod nihil ad me ſcripſeris. Venefica. incantatrix ſcilicet Medea. nam uenefici dicuntur: uel incantationibus: uel alio quouis modo hominum mentes peruertunt. nam omnia quæ hanc uim habent uenena dici poſſunt. Virgilius. in buc. Has herbas. atq; hæc ponto mihi lecta. uenena Ipſe dedit Mœris. Inde inferius ipſa inquit: Hanc tamen o demens colchiſq; ablate uenenis Diceris hypſiphyles præpoſuiſſe toris. & Hora. in primo ſermonum. Quantum carminibus quæ uerſant atq; uenenis. humanos animos. Credula. quæ facile credit. Temeraria. audax & ſine ratione fingens. Inſimulaſſe. accuſaſſe. Nuper. narrat quomodo intellexerit. Oris. regionibus. ut. Troiæ qui primus ab oris. Hæmoniis. Theſſalicis. nam hæmonia Theſſalia dicitur. Limen. ideſt ingreſſus domus. Vix erat tactum. ab eo. ideſt uix erat ingreſſus domum. Aeſonides: Iaſon filius Aeſonis. Meus. ſcilicet maritus. Ille. hoſpes. Hæſit. tacuit. Fixus lumina. Synegdoche. ſicut oculos ſuffuſa. ideſt habens oculos fixos. Pudore. quia non audebat mihi. dicere quod feceras. Protinus. ſtatim. Exilui. egreſſa ſum ad eum propius. Raptis. dilaceratis. An uiuit. quaſi dicat: quia nihil mihi reſpondiſti. an uiuit iaſon meus. an mortuus eſt. Facta trahunt. i. mors etiã me uocat ſi ipſe mortuus eſt. Timidum. non ipſum timidum. ſed id quod ait timidum pro timide. i. quod nõ audacter dixit. uiuit. Deo teſte. ideſt iurato ab ipſo & adducto ĩ teſtimoniũ. nã deus iuratus dicit̃ teſtis ei9 q̃d iurãus. Iuuena. Tã facile: & pronũ eſt ſuperos contẽnere teſtis. Vt. i. poſteaq̃ animus rediit. ideſt poſtquã reſpiraui aliq̃tulũ.

ANTO. Aeripedes.quorū pedes erant ænei. Vipereos.illius ſerpentis:quem Cadmus peremit:erant dentes:nā cū reſeruaſſet ſibi partē:partēq̄ ſeminaſſet cadmus quicquid reliqui fuerat phryxus Eetæ dederat:ut diximus. Terrigenas:poetæ terrigenas cōſueuerūt illos appellare.q ex dentibus ſerpentinis nati ſunt. ſiue Cadmus ſiue iaſon ſeminauerit. Ciuili marte:nō externo:ſed īter ſe bello cōſerto. Fata diurna:quoniam uno die nati & extincti ſunt. Serpens puigil.draco & medeæ carmine:& Orphei cantu:ut diximus cōſopitus. Alternāt.ſuſpēdūt:dubiā faciunt. Vulnera noſtra.Medeæ raptū ſignificat:quæ Hypſiphyles cōiugio.

Narrat & ęripedes Martis araſſe boues
Vipereos dētes in humū p ſemine iactos
Et ſubito natos arma tuliſſe uiros
Terrigenas populos ciuili marte perēptos
Impleſſe ętatis fata diurna ſuę.
Deuictus ſerpēs.iterum ſi uiuat iaſon
Quęrimus alternās ſpeſq; timorq; fidē:
Singula dū narrat:curſu ſtudioq; loquēdi
Detegit ingenio uulnera facta tuo.
Heus ubi pacta fides:ubi cōnubialia iura.
Faxq; ſub arſuros dignior ire rogos:
Nō ego ſū furti tibi cognita:pnuba iuno
Adfuit:& ſertis tempora uictus hymen
At mihi nec iūo:nec hymē:ſed triſtis erinnis
Pretulit i fauſtis ſāguinolēta faces
Quid mihi cū miniis:qd cū tritōide pinu
Quid tibi cū patria nauita Typhi mea
Nō erat hic aries uillo ſpectabilis auro.
Nō ſenis ęetę regia Lēnos erat.
Certa fui primo.ſed me mea fata trahebāt
Hoſpita fœminea pellere caſtra manu.
lēniadeſq; uiros nimiū quoq; uicere norūt

Heus ubi pacta fides:firmata cōiectura apertis agit.quęrelis. Faxq; ſub arſuris:faces q̄s ī nuptiis adhiberi diximus frangebāt ne forte rogo interuenirēt. Miniis:miniorū familia ex Orchomēo boetiæ oppido iolchon in theſſaliam cōmigrauit:unde argonautæ miniæ ſūt appellati. Pinu tritonide:argonaui:quam non ex pinu:ſed ex arbore æcone fabricatā fuiſſe Alexāder Cornelius ſcribit q̄ nec aqua nec igni corrūpi poteſt. Architectus fuit Argus actoris filius iunonis:& palladis auxilio: Palladē tritoniā dictam Diodorus ſcribit a Cretæ fluuio Tritone ubi orta fuit. Herodotus uero a tritone africæ palude:ubi ait Virgines annis ſingulis pugnare lāpadibus & lignis ī ueneratione palladis. Tiphis:argi filius. Argus nauis magiſter:quē nauigia moderari paladē docuiſſe ſcribit balbus: Cur inquit in lemnon traieciſti. Villo aureo:uellere aureo:nō apud me erant uelleris aurei pecudes. quales apud actium ſibi a Tyeſte ſubductas queritur argis Atreus.aut Heſperides in lybia habuerunt:Aut in Cholchide Eetas:quod finxiſſe poetas ſcribit. Var.de re ruſtica:quoniam in maxima eſſent pecudes charitate. Seminis Eetæ:Eetas ſolis & Perſæ filius Colchorum rex medeæ pater. Certa fui primum:ſatis imputat quod non in ſententia perſtiterit. Caſtra hoſpita:argonautas:cū qbus primū pugnaſſe Lēniades ſcribit papirinus. Deīde mutato cōſilio:& domo & thalamo excepiſſe. Viros.lēniacos itelligit:quos una nocte Lēniades itēremiſſe diximus: VBER.

Aeripedes.ideſt habētes pedes ære munitos.ita enī dicūt poetæ eos habuiſſe. Vipereos dētes.non ītelligamus fuiſſe dentes illius ſerpentis.peruigilis q ſeruabat uellus aureū:ſed alius ſerpentis. Pro ſemine.loco ſeminis. Subito.ſtatī ñ p lōgū ſpatiū tēporis:ut alia ſemīa. Terrigēas.natos ex terra. Ciuili.ſuo proprio. Impleſſe.perfeciſſe. Fata diurna.i.uitā unius diei:qa quo die nati ſūt eodē ſūt mortui. Deuictus ſerpēs.ſ.narrat ut ſerpēs ille puigil ſit a te deuictus. Iterū.ſecūdo:qa ſemel īterrogauerā. Alternāt.uariāt & dubiā faciūt. Fidē.i.meū credere. Spes.q̄ faciebat credere. Timor.q phibebat credere.ſic Vir.Spēq; metūq; īter dubii. Sīgula.oīa ſingulatī & p ordinē. Studio.delectatiōe. Curſu.pgreſſu. Detegit.aperit. Vulnera.iiuriā. Suo īgēio.nō ītelligāus facta ſuo īgēio.ſed ſuo īgēio detegi. Heu.accuſat iaſōa piurii & nō ſeruatæ fidei. Pacta.pmiſſa.ſ.a te mihi. Fax.ſ.cōnubialis. Sub rogos arſuros.i.dignior quæ īterfuiſſet fūerib⁹ & rogis mortuorū q̄ nuptiis.qa erat futura īfelix. Furti.clā:& p adulteriū.īde furta dicūt adulteria qa clā fiūt.ut ueneris nec dulcia furta. Vinctus tpa.i.habēs tpa.i.caput uīctū.i.ornatū & cīctū.Sertis:corōis. At mihi.q̄ſi cōtradicit ſibi. Triſtis.īfelix. Infauſtas.īfelices.ut ī fabula Terei.lib.vii.meta.Eumēide.tēnere faces de fūere raptas. Quid mihi.ſ.erat q̄ſi dicat nihil:cōquerit āt qd Iaſō unq̄ ad litt⁹ ſuū uenerit. Minis.minyeū Strabō teſte Orchōenō uocat hōer⁹ a minyarū natiōe.hīc uero colonos quoſdā deductos ī Iolcō Teſſaliæ ex Miniis ferūt.unde argōautas Minyas dictos eē cōſtat.Cū Miniis.cū argōautis.Oui.li.vii.meta.Iāq; fretū Minyæ pagaſea puppe ſecabāt. Pinu.i.naue. Tritōide.i. palladia .hoc ē quæ erat ī tutela palladis:nam Tritōia dicitur pallas :a Tritōide palude aphricæ.& ipſa nauis cura palladis eſt fabricata:unde & palladiam ipſe appellauit in Ibin. Qualis & ipſe fuit quo præcipiente columba Eſt data palladiæ duxq; comeſq; rati. Typhi.gubernator nauis Iaſonis alloquitur autem ipſum abſentem:tanquam præſentem. Quid tibi erat cum mea Patria.ideſt quid negocii tibi erat quare deberes huc uenire. Non erat. hoc dicit ſi ibaris ad rapiendum aureum uellus non erat hic ſed in Colchis. Spectabilis.pulcher. Villo.pilo:aut lana. Aureo.ſynæreſis fit in ſcanſione. Aeetæ Aeetes dicitur:& Aeeta per latinam declinationem.pater fuit Medeæ.Solis filius:& Perſæ frater. ſcribitur autem per ae diphthongum.& eſt triſyllabum:licet interdum abiiciatur una ſyllaba:ſed raro. Non ſenis.ordo eſt.lemnos non erat regia Aeetæ. Certa fui.ideſt deliberaueram. Caſtra hoſpita:ideſt nos hoſpites.caſtra autem etiam de nauibus dicuntur. Virgi.iii.æn.nos caſtra mouemus. Fœminea manu.ideſt mulieribus uiribus & exercitu. Sed me.parentheſis eſt.

ANTO. Tam forti milite. Lemniadū uiribꝰ & uirtute. Fuit tuēda uita. debui uos repellere: ut uitæ decꝰ custodirē. Virꝝ. nō adulterꝝ: sed maritū. Tertia messis: pathos a tpe. Abstrahor hypsiphile: cōmiseratio ab expositiōe. In aluo. grauida Hypsiphile discedēte Iasone uentrē ferebat: peperit geminos. Thoantē. & Eununi. Hactenus: hæc tantū loq dolor te pmisit. Cætera q̄ daturus eras mādata. Sacrā: q̄ cœlo fulget. Vltimus: ut amorē indicates. Volat. currit celerius. Tenet. occupat: īplet. Subducit: suadet. Propulsæ: in altū remigibus actæ. Huc feror: cōscēdi altā turrī: unde erat latissimus pspectus. Os & sinus: abundātiā lachrymaꝝ exprimit. Cupido fauētia amāti. nō mēti: sed amāti legas: oculi inqt meæ cupiditati: & amori obsequebātur: cū solito longius spectaret. Adde pces castas. meo officio & amori. Immixta uota timori: cum de tuo reditu timerem uota suscepi. Vota ego psoluā? ironia. uota non eē soluēda indicat. Fruet̄ uotis: meoꝝ uotoꝝ usum capiet. Cor dolet: qm̄ non mihi sed Medeæ rediit Iason.

Milite tam forti uita tuenda fuit.
Vrbe uirꝝ uidi: tectoq; animoq; recepi
Hic tibi bisq; æstas: bisq; cucurrit hyēs.
Tertia messis erat: cū tu dare uela coactus
Implesti lachrymis talia uerba tuis.
Abstrahor hypsiphile: si dēt mō fata recursum
Vir tuꝰ hic abeo: uir tibi spero.
Quod tn̄ e nobis grauida celatur in aluo
Viuat: & eiusdem simus uterq; parens.
Hactenꝰ: & lachrymis i falsa cadētibꝰ ora
Cætera te memini nō potuisse loqui.
Vltimus e sociis sacram conscēdis in argo
Illa uolat: uentis concaua uela tenet.
Cærula propulsæ subducit̄ unda carinę:
Terra tibi: nobis aspiciuntur aquę.
In latꝰ oē patens turris circunspicit undas.
Huc feror: & lachris osq; sinusq; madēt
Per lachrymas specto cupidoq; fauētia amāti
Lōgiꝰ assueto lumina nostra uidēt
Adde preces castas: immixtaq; uota timori
Nūc quoq; te saluo persoluenda mihi.
Vota ego psoluam? uotis Medea fruetur?
Cor dolet: atq; ira mixtꝰ abūdat amor.
Dona ferā tēplis? uiuum q iasona perdam
Hostia pro damnis concidet icta meis.

VBER. Lēniadesq; uiros: ut ostēdat id potuisse facile fieri: dicit mulieres lēniacas fortes eē. & assuetas uincere uiros: de qbus hæc narrat̄ fabula. Cū Venus uxor Vulcani dephēsa fuisset cū Marte i adulterio i lēno insula: Lēniacæ mulieres quū cæteris diis deabusq; sacra facerēt: Venerē ob adulterii i famiā spreuerūt: & ihonoratā ptermiserunt: ob quā rē illa īdignata hyrcinū fœtorē oibꝰ immisit: quo ita grauit̄ olebāt ut a maritis spnerēt̄: q cū expeditionē bellicā aduersus thracas suscepisset: eoꝝ uxores consiliū cœperūt domū reuertētes oēs īterimere: & masculos oēs delere: qđ cū oēs effecissēt: sola Hypsiphile Thoātis pr̄is misera ei pepcit: quē naui īpositū Bacchꝰ eiꝰ pr̄ in Coā īsulā pduxisse dr̄. Ipsa uero i regia sua rogo constructo alius hoīs funus celebrauit p pr̄e quē occidisse aiebat. & hoc est q nūc dicit. Lēniades. i. mulieres lēni. Norūt nimium. i. optime sciūt uicere. Viros. i. masculos. qa deleuerūt maritos suos & oēm plē masculinā. Vita mea fuit tuēda. fuit defendēda: & seruāda cōtra te: q uenerās in pniciem meā Tā for. mi. q̄ sunt mulieres lēni. Vrbe uirꝝ: amplificat beneficiū suū: q. d. nō solū non nocui tibi: cū possē: uerꝝ ēt recepi hospitio liberali. Hic: i lēno. Bis cucurrit. qa duos annos mecū hic fuisti. Tertia messis. i. tertiꝰ ānus: nam a messibꝰ q̄ singulis annis fiūt āni denoiant̄. Coactꝰ. īstante Hercule cū cætis. Implesti. pfudisti: qa nō potuisti ea dicere sine fletu. Abstraor. i. uiolēter & cōtra uoluntatem meā hīc abducor. Decursus. regressus: & renauigationē. Tn̄: licet hinc discedā. Qđ celatur. neutro genere usus ē: qa adhuc ignorabat masculus ne eēt an fœmina. Viuat. seruet̄ a te diligēter ut uiuat: Hactenꝰ. s. locutus es: hoc ē hæc sola uerba. Falsa. simulata: nā cū simulares mœrorē ex discessu tuo: nō tn̄ dolebas. Cætera. i. alia. s. pter supradicta. Vltimus. postremus: ut ostēderes q te pigebat me relinquere. Sacrā. q ut diximꝰ erat sub tutela Mineruæ: cuius cura fuerat fabricata. Argo. legēdū ē. & nō argon. ē aūt actūs græcus p synæresin factꝰ: nā integer actūs erat argoa. p synæresin argo. Illa uolat. i. celeriter currit p mare. Tenet. iplet. Cōcaua. i. tumefacta. Subducit̄. subtrahit̄. Propulsæ. agitatæ remis & uētis. Terra. s. aspiciebat̄ tibi p a te. In latꝰ. describit locum ex quo dicit se spectasse nauē Iasōis discedētis. Patēs in oē latus. i. q̄ ab oī pte pōt uideri. Circunscribit: dat qsi sēsū rei inaīatæ. nō. n. ipsa turris circūspicit: sed q ī ea ē pōt circūspicere. Huc. p illuc. i. ī illā turrī. Os: facies. Sinꝰ. i. pectus. Per lachry. q̄ effluebāt ex oculis meis. Lumina. i. oculi. Fauētia cupidæ mēti: qa qđ ego optabā. ipsi oculi uolebāt ut aspicerē. ex affectu. n. alicuius rei & acutius & lōgiꝰ uidemus. Assueto. i. solito. Addo. i. addidi: narratio. n. pteriti tpis sæpenumero p pn̄tes elegāter fit: ut Dido inferiꝰ. Exul agor. cineresq; uiri patriāq; relinquo. nā iā reliqrat. Terē. in andria. Interea funꝰ effert̄. nos seqmur. Immixta ti. qa ex tiore suscipiūt̄ uota. Timori: quē hēbā de piculo tuo. Nūc quoq;: ēt nūc: qa nōdū ea solui. Persoluēda. i. reddēda tāq̄ debita. notādū ē metri cā psoluēda diuisis syllabis eē legēdū. ut u post l. sit uocalis & nō cōsonās: ut ipse alibi. Debuerāt fusos euoluisse meos: nā ibi ēt u sit uocalis. sicut apđ Hos. Nūc mare nūc syluæ teste Prisciāo trisyllabū ē. Vota ego psol. cū īdignatiōe pnūciādū ē sicut cætera uerba sequētia. Fruet̄ uo. capiet fructū & utilitatē ex uotis meis. Cor do. q. d. dirūpor dolore. Ira. bis itelligēdū ē: ut dicamꝰ. mixtus ira. abūdat ira: uel amor mixtus ira abūdat. i. maior fit. s̄m illud Terē. quo minus mihi spei est: eo magis amo. & inferius Dido ad Aeneā. Nō tamē æneā q̄uis male cogitet odi. Sed queror infidū. questaq; peius amo. Quod. i. qa. q. d. cū ob beneficia soleāt reddi uota. & dari dona deis ego dabo ne p p dāna mea: qa perdā maritū meū uiuū ex quo magis doleo. qa si eēt mortuus: nō putarē ampliꝰ eē sperādū. Hostia: uictia sacrificii. Icta: pcussa cultro & mactata.

ANTO. Nõ eqdẽ ſecura fui.de te ſp dubitaui. Pr̃:Aeſon. Nocuit barbara pel.cõmiſatio ē ab eo qd eſt ꝑ
ter opinionem. Timui græcam cõiugem.Nocuit barbata:Medeã ueneſico & magice inſimulat. Nec facie
meri.forma & uirtus puellas uiris cõciliat:nõ uirtute aut forma Medeã colis.ſed magicis carminibus ꝓbate
cogeris. Falce cãtata.ad excantationẽ facta.ea ænea eẽ debebat:q̃ ad lunæ lumẽ herbæ magicæ ſecarent.
Dura papula.ueneſicas herbas ad pocula excẽtas. Deducere lunã.ſolis & lunæ defect⁹ natura fieri ſcri.Hy
ginus.ueteres id carminibus fieri poſſe exiſtimarũt.Vñ Menãder fabulã ſcripſit q̃ iſcribit theſſalis. Abdere:

Nõ equidem ſecura fui: ſemperq; uerebar
Ne pater argolica ſumeret urbe nurũ.
Argolicas timui;nocuit mihi barbara pellex:
Non expectato uulnus ab hoſte tuli.
Nec facie meritiq; placet;ſed carmine mo-
Diraq; cantata pabula falce metit (uit.
Illa reluctantem curſu deducere lunam
Nititur; & tenebris abdere ſolis equos.
Illa refrenat aquas: obliquaq; flumina ſiſtit;
Illa loco ſyluas;uiuaq; ſaxa mouet.
Per tumulos errat paſſis diſcincta capillis:
Certaq; de tepidis colligit oſſa rogis:
Deuouet abſẽtes; ſimulacraq; cærea fingit.
Et miſerum tenues in iecur urget acus.
Et quæ neſcierĩ: melius mage quęrit herbis
Moribus & forma conciliandus amor.
Hãc potes ãplecti;thalamoq; relict⁹ ĩ uno
Impauidus ſomno nocte ſilente frui:
Scilicet ut tauros ita te iuga ferre coegit;
Quaq; ferox ãgues;te quoq; mulcet ope

occultare ne lucẽ miniſtrẽt:qd in morte Iulii Cæſaris cõ
tigit. Illa loco ſyluas.id nõ eſſe fabuloſũ Plinius ſcribit:
q anno Neronis ſupremo tradit:ptata oleaſq; intercedẽte
uia publica in cõtrarias ſedes eſſe trãſgreſſas in agro ma-
rucino ꝓdiis Vecti marcelli eqtis romani:q res Neronis
procurabat. Viua.natiua. Per tumulos.p ſepulchra.
Certa oſſa e rogis.nõ oĩa magi oſſa colligũt ꝓſertim arti
culos ad ueneficia. Simulacraq; cærea fingit.ex cæra &
lana duas imagĩes formabãt excãtatores.ita ut lanea ma
ior cæram urgeret:q̃ tota acubus ĩfixa ad ignẽ liq̃ſcebat.
in pœnã eius quẽ deuouebãt.Hæc ſacra cocytia a cocyto
inferorum fluuio dixit Porphyrio.quoniã ſine euocatio-
nẽ maniũ nõ fierent.nam & ꝓſerpina uirgo cocythia dici
tur.Sunt ꝓterea ſacra cocythia:q̃ thraces celebrãt ĩ hono
rẽ deæ cocythis:quã meniã & deum matrẽ appellabãt.q
qua extimo Iuuenalẽ ĩtelligere.cum dicit.Bate laxare co-
cyto. Miſerũ.ab deuoti cruciatũ reſpicit. Et quæ neſcie-
rim.ueneſicia Medea exercet.Melius ne age legẽdum eſt
non mage.Age inquit Iaſon.melius ne amor conciliatur
ueneſicio q̃ forma.Si mage legi placeat:uerecũdiam ſim
plicitatẽq; ſuã cõmẽdabit Hypſiphile.& ſi amor ueneſi-
cio magis q̃ uirtute quærat a Medea cõducibilius mihi ẽ
& honeſtius exiſtimabo id neſcire quãdo & ſpecie & mo
rum æquabilitate amor non magica excantatione cõpa-
randus eſt. Mobilis.inconſtans.legit & moribus. Scili
cet ut tauros.rem a facto arguit. Ope:ueneficio.
VBER. Eqdẽ.ego qdẽ. Secura.ſine timore. Spq;.oſtẽ
dit q eſſet timor eius. Verebar.timebã. Pr̃:tuus. Aeſõ.
ex urbe argolica. Theſſalica.nã argos urbs fuit theſſaliæ
licet & eiuſdẽ noĩs fuerit alia in Achaia. Argolicas.theſſalicas.ut diximus. Barbara.pontica. Nõ expecta-
to:nõ ſperato & ĩprouiſo. Vuln⁹.iniuriã.ẽ aũt trãſlatio:i.læſa ſũ a qua miniẽ putabã. Nec facie.adducit eã
ĩ odiũ:dicẽs eã eẽ incãtatricẽ. Facie.pulchritudĩe. Meritis.uirtutibus uel certe officiis. Mouit:puertit te ad
amorẽ ſuũ. Pabula dira:hærbas noxias. Falce cãtata.i.ĩcãtata:ut maiorẽ uĩ nocẽdi haberẽt hærbæ:falce ãt
dixit qa ſm rõnẽ magicã hærbæ aliæ uellebãtur.aliæ ĩcidebant:put uolebãt eaꝝ eẽ uim.Inde Vir.iiii.æn.
Falcibus & meſſæ ad lunã q̃runt ahenis Pubẽtes herbæ,nigri cũ lacte ueneni. Illa.i.Medea.pgit narrare ea
q̃ Medea facit p incãtatiões ſuas:q̃ ueneficæ arte magica ſolẽt facere:ut oſtendit Lucan⁹ ubi theſſalidũ narrat
magicas artes cæcaq; carmĩa nouit.& ipſe Oui.ĩ prio amoꝝ.d Dipſade lena quã eãdẽ ueneficã eẽ dic:ſic ĩgr
illa magicas artes cæcaq; carmĩa nouit.Inq; caput liqdas arte recuruat aq̃s.Scit bñ qd grauẽ:qd torto concita
bõbo Licia:qd ualeat uir⁹ amãtis eq.Cũ uoluit toto glomerãt ſydera cœlo:Cũ uoluit puro fulget ĩ orbe dies
&c̃. Deducere lunã. Virg.ĩ buc.Carmĩa uel cœlo pñt deducere lunã. Tibullus.Cãt⁹ & ẽ curru lunã deducer
tẽptat. Reluctãtẽ.ĩ uitã:reſiſtẽtẽ. Abdere.occultare. Tenebris caligine.i.facere ſolem obſcurari. Illa refre-
nat.retiet. Obliq̃:curua:epithetõ fluminũ. Siſtit.morat. Loco:ex loco ſuo ubi erãt. Viua.naturalia:eo loco
nata. Per tumu.p ſepulchra mortuoꝝ. Paſſis:ſparſis. Diſcĩcta.ſoluta:ſic.n.exigebat rõ magica. Certa:q̃dã
oſſa:nõ ãt oĩa. Tepidis.adhuc calẽtib⁹ ubi pauloante fuerũt cõbuſta cadauera. Deuouet.execrat:& incanta
tiõibus ſuis ĩficit. Figit.facit. Simulacra cærea.i.effigies cæreas q̃ repſentet eos:quos uult deuouere. Vir.in
buc.Lim⁹ ut hic dureſcit & hæc ut cæra liq̃ſcit Vno eodẽq; igni:ſic nr̃o Daphnis amore:idẽ. Terq; hæc alta
ria circũ Effigiẽ duco.& Hora.in.i.ſmonũ:Lanea & effigies erat:altera cærea:maior lãea q̃ pœnis cõpeſceret
ĩferiorẽ &c̃. Vrget:ĩfigit. Tenues ac⁹ ĩ iecur.i.ulcerat imaginẽ cæreã ĩ iecore:q̃ſi ĩ ſede amoris:ut ita pcutiat
ille cui⁹ ẽ illa imago. Et q̃.ſ.alia facit. Quæ neſcierĩ.i.neſciã uel neſcirẽ dicere. Meli⁹ mage.diſtĩguendũ eſt
& cauẽdũ ne duæ dictiões cõparatiuæ cũ eodẽ uerbo iũgant:nec mage iũgat cũ neſcierĩ:ſed dicẽdum.amor
meli⁹ cõciliãdus.i.q iuſti⁹ & honeſti⁹ cõciliat & acqrit moribus.i.uirtutib⁹ & forma.qa hæc duo maxĩe alli
ciũt uiros ad amorẽ alicui⁹ mulieris.& ecõtra. Mage:p magis. Quærit:ſic Medea. Hærbis.i.ui hærbaꝝ &
ĩcantatiõib⁹.& hic ẽ uerus ſenſus & uer⁹ ordo:amor meli⁹ cõciliãdus morib⁹,& forma q̃rit magis hærbis.ſ.
a Medea. Hãc potes:admiratiue pnũciandũ ẽ.q.d.unde ẽ tibi tãta fiducia. In uno.ut ſis ſolus cũ ſola ueneſi-
ca. Impauidus:ĩtrepidus.debeires.n.ſp eẽ in maxĩo timore qñ dormis cũ ea. Scilicet:certe.q.d illa te incãta
bit ſicut tauros:quos ei⁹ ope dicis te uiciſſe. Coegit te ferre iu.ſibi eẽ ſubditũ. Ope:eadẽ ui.i.incantatione.

ANT. Procerꝝ.argonautarū. Obeſt.multū detrahit. De partib⁹:q Peliæ patrui factionē tuet̃. Nō hæc. Aeſonides.ecce qđ cōtēdit q peliæ cām tuet̃. Phaſias.phaſis fluuius colchoꝝ uñ phaſida Medeā poetæ dixerūt.Latini Oetā triplici & gemina extullerūt ſyllaba. Alchimede mr̃ tua.ab auctoritate arguit. Improbāt tuū cōiugiū:Alchymede mater & pr̃ æſon:q̄q̄ qui argonautica ſcripſerunt alcimenen:& Aeſona morte obiiſſe:cū primū Iaſon dedit uela uētis.Oui.alios cōſectat̃ & hoc loco & in metamorphoſi. uiuū patrē reppeꝛiſſe Iaſonē ſcribit.quē ex ſenio ī iuuētā Medea ſuis ueneficiis reſtituit. Alcimedē philaceiā.pherecides & appolynius matrē Iaſonis ſcribūt.Diodorus Amphimonem appellat.Hermodorus:& Polyphemē Autolici filiā iaſonis mrem eē cōtendit. A gelido axe.ex ſeptētriōe.ubi ſunt niues ꝑpetuæ. Thanais:a pr̃ia uitupat Medeā.Thanais fluuius Scythiæ orit̃ ex Ripheis mōtibus:licet id alii plegāt Immergit̃ in meotidē paludē. Vnde plauſtris.Nā Scythia ex magna ꝑte paluſtris ē & ualde aquoſa:multoſq; habet fluuios. Incertior.īcōſtantior. Aura uerna.nulla ãni ꝑte īcertiores ſpirant uenti q̄ uere. Si te nobilitas: cōmēdatio a genere. Thoante minoo:mīois nepote: Nam ex Ariadne Minois & Baccho natus eſt Thoas Hypſiphiles pater. Coniunx redimita corona.Ariadnam ſignificat: cui Bacchus coronam dediſſe narrauimus: quæ in cœlo uiſitur nouē conſpicua ſyderibus. Præradiat. clariores lucere facit. Signa minora.minus lucentia. engonaſin ītelligit.cūi contigua eſt corona quæ maxime lucet:ut germanicus ſcribit in arathco carmine.Cicero in aratro ſcribit:Hic illa eximia poſita eſt fulgore corona.

Adde quod aſcribi factis:ꝓcerūq;:tuiſq;
Se facit:& titulo coniugis uxor obeſt.
Atq; aliquis Peliæ de partib⁹ acta uenenis
Imputat:& populū q ſibi credat habet
Non hæc Aeſonides ſed filia Phaſis Oetæ
Aurea phryxeę terga reuulſit ouis.
Nō ꝓbat Alcimene mater tua:cōſule matrē
Nō pater:a gelido cui uenit axe nurus.
Illa ſibi a thanais:ſcythicęq; palludib⁹ ūdę
Quęrāt:& a patria phaſidis uſque uirū
Mobilis ęſonide:uernaq; incertior aura:
Cur tua polliciti pondere uerba carent.
Vir meus hīc ieras: cur nō me⁹ īde rediſti
Sim reducis cōiunx:ſicut euntis eram:
Si te nobilitas:generoſaq; numina tāgunt,
En ego minoo nata thoante feror.
Bacch⁹ au⁹:Bacchi cōiūx redimita corōa
Prętradiat ſtellis ſigna minora ſuis:

VBER. Adde.adduxit eam in odiū:nūc adducit in inuidiam dicēs ꝙ ea quæ Iaſon fecit:Medea ſibi omnia attribuit. Adde.ſupradictis uitiis. Aſcribi.annumerari. Procerꝝ:Caſtoris:Pollucis:Herculis:& cæteroꝝ heroum q ſecum fuerunt in rapiendo uellus aureum:ſunt autē ꝓceres teſtē Seruio Capitella trabium:unde & eminentiores uiri ꝓceres dicuntur. Et tuis.ſ.factis. Obeſt:nocet. Titulo coniugis.i.laudibus tuis:qa nō tibi:ſed ipſi uult aſcribi uictoriam tuā. De partibus.Peliæ.nō intelligamus de theſſalia.ſed de his qui Peliæ fauent: nam ꝑtes dicūtur:qui diuerſis fauent.uñ Lucan⁹.Hæc facient partes &c̃.partes romanos appellauit quoꝝ alii Pōpeio:alii Cæſari fauebant.unde dicimus Cice.fuit de partibus Pōpeii.i.q pōpeio fauit.hoc aūt plurib⁹ uerbis dixi:qa multi male interꝑtant̃ ut dicant de partibus Peliæ.i.de theſſalia:quaſi Iaſon nō eſſet ēt ipſe theſſalus.ſed partes dixit:qa alii Iaſoni.alii Peliæ fauebāt. Imputat.aſſignat & attribuit. Acta.ſ.a te.i.uictorias tuas. Venenis.i.incantationibus & herbis Medeæ.& dicit te uiciſſe eius auxilio. Populū.maximā partē theſſaliæ.q credant ſibi ita eſſe:ut dicit.& ita minoris æſtimet uirtutem tuā. Non hæc.ponit uerba q̄ dicit ille fautor Peliæ Aeſonides.i.Iaſon. Nō reuellit.nō abſtulit.& bene reuellit.qa fuerāt affixa tēplo Martis a phryxo ut ſupra diximus. Hæc.dycticos.i.demōſtrātis:Iaſō.n.portauerat ī theſſaliā.Reuello ãt & reuulſi & reuelli. Vir.ī buc. Cynthius aurē uellit & admōuit.& ī.ii.æneī.poſteſq; a cardine uellit. Sed phaſis.i.Medea.legit̃ aūt & phaſis & phaſias:ſi phaſis breuiat̃ ꝑꝑ uocalē ſequētē prima ſyllaba huius dictiōis æetæ q̄ erat lōga dipthōgo:qđ placet magis.ſi uero legat̃ phaſias:abiiciet̃ una ſyllaba ī medio:qđ minus placet:& rarius reperit̃. Nō ꝓbat.dicit hāc famā nō placere his q amāt ipſū Iaſona. Cōſule.i.iterroga.qđ ſibi uideat̃. Nō pr̃.ſ.ꝓbat. A gelido axe.i.a regiōe ſeptētriōali.nā Cholchi in regiōe frigida ſunt. Illa.q.d.nō ē qđ ipſa Barbara debeat q̄rere maritū in uſ̃is regiōibus:ſed ī ſuis q̄ eius moribus cōueniūt. Tanais:fluuius Scythiæ.q Europā ab Aſia diuidit. Paludibus undæ ſcythicæ.ꝓnto intellexiſſe mæotidem paludē:in quā & aliæ aquæ multæ ſcythiæ:& ipſe tanais influit. A pr̃ia phaſiadis.i.a cholchi:ubi ē phaſis fluuius.unde phaſiani delati ad nos nomē acceperunt. Mobilis.mutabilis a mouēdo. Incertior.īconſtātior. Aura uerna.i.uēto ueris nā uere nūc uenti flant:nunc aer ē qetus. Pōdere.i.effectu. Polliciti.i.ꝓmiſſiōis.i.cur nō facis qđ ꝓmiſiſti! Vir meus. ecce cōmemorat ꝓmiſſionē Iaſonis:quā ſupra uidimus his uerbis. Abſtrahor Hypſiphile:ſi dent mō fata recurſus:Vir tu⁹ hic abeo.uir tibi ſꝑ ero. Nō me⁹.ut ꝓmiſeras. Reducis.tui reuerſi. Sicut eram.ſ.coniūx. Eūtis.i.abeūtis. Si te nobilitas.laudat ſe ab his q̄ poſſunt amorē cōciliare.& primū a nobilitate. Tangūt.mouēt:delectāt. Thoante minoo.i.nepote minois.poſſeſſiuū ꝓ patronyinico: fuit.n.thoas filius Bacchi ex Ariadne Minois filia Bacchus auus.ſ.paternus. Bacchi cōiunx.ſ.Ariadne auia mea: Redimita corona.qua Bacchus eam ornauit.cū in cœlum rapuit.& ſydus fecit qđ coronam appellauit:de quo Virg.primo georgi.Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronæ:hanc autē coronā cū Venus a Vulcano marito in donū accepiſſet.poſtea donauit ariadnæ cū nuberet Baccho:quam ut diximus Bacchus etiam in cœlum tranſlatam habere uoluit.ut ipſe in.iii. faſtoꝝ dicit.Sintq; tuæ faciam tecū monimēta coronæ.uulcanus Veneri quā dedit illa tibi. Præradiat.ſplēdore uincit:ſuis ſtellis.nam Bacchus nouem gemmas coronæ Ariadnes mutauit in nouē ſtellas: ut faſtoꝝ libro.iii.dicta facit gemmaſq; nouem tranſformat in ignes.Aurea per ſtellas nunc micat illa nouem.

Dos tibi lemnos erat. terra ingenioſa colēti
. Me quoq; iam tales iter habere potes:
Nunc etiā peperi: gratare ambobꝰ iaſon:
Dulce mihi grauide fecerat auctor onꝰ
Fœlix ī numero quoq; ſū; ꝓlemq; gemellā
Pignora Lucina bina fauente dedi.
Si quæras cui ſint ſimiles: cognoſceris illis
Fallere nō norunt; cætera patris habent:
Legatos quos pene dedi ꝓ matre ferendos:
Sed tenuit cœptas ſæua nouerca uias.
Medeā timui: plus eſt Medea nouerca
Medeæ faciunt ad ſcelus omne manus.
Spargere quę fratris potuit lacerata ꝑ agros
Corpora. pignoribꝰ parceret illa meis?
Hāc tn̄ o demēs; colchiſq; ablate uenenis
Diceris hypſiphiles præpoſuiſſe toro.
Turpiter illa uiꝝ cognouit adultera uirgo.
Me tibi teq; mihi tædæ pudica dedit.
Prodidit illa patrē; rapui de cæde Thoāta
Deſeruit colchos: me mea lēnos habet
Quid referā ſcelerata piā ſi uincit; & ipſo.
Crimine dotata eſt emeruitq; uirum.

ANTO. Dos tibi lēnos erat. cōmēdatio a fortuna. Ingenioſa: fœcūnda: Lucretiꝰ Dædalā terrā dixit. Me quoq; qđ tales. Nō dotales legēdū. Sed qđ tales: potas inqt & me hr̄e q̄ digna ſū inter meos maiores annumerari: Prolē gemel. cōmēdatio a fœcūditate: pepit ut diximus Hypſiphile ex Iaſone uno partu geminos. Thoantē & Eunā q ī bello thebano ſub adraſto militarūt. Lucina. iunone: parturientibus p̄eſt: & partꝰ in lucē effert. Cognoſceris illis: te referūt. Excludit ſuſpitionē. Fallere nō norūt: ut pr̄ nō ſunt pſidi: licet habeāt cætera. Legatos ferēdos: qm̄ ꝑꝑ ætatē uenire nō poterāt. cōmiſeratio ab ætate. Pene inqt ad te īſantes miſi: ut te mihi cōciliarēt. Tenuit uias: ꝓpoſitū iter diſtulit. Nouerca ſæua. Medea q̄ nouerca ē ſæua. Medeā timui. āplificatio ex noīe: tn̄ inqt medea haber plus ſæuitiæ q̄ nouercæ. Spargere q̄ fr̄is: ſæuitiā arguit. Abſyrthū Medeæ fratrē. Pacuuiꝰ ægialē appellat: quē Ouid. laceratū a Medea ſcribit ī pōto apud urbē q a facto Thomos appellat̄: ī fruſtra dilaniatū: ut īſequētē Eætā fratno funere remoraret̄. Orpheus uero anteq̄ e cholchide ſoluiſſet Medeā Abſyrthū fratrē ſe: uiſſe: & ī mare ꝓiectū Nereides ad abſyrtidas inſulas detuliſſe: q̄ ſūt cōtra Dalmatiā. Strabo & Pli. apud has īſulas diſcerptū cōtendūt: a quo ſunt nuncupatæ. Per agros: thomitnãos: ut Eætas īſpiceret. Meis pigno. quoꝝ ē nouerca: ſi fratrē ꝑemit: nō parceret meis natis. Hanc tn̄ o demēs: cōtētiōe utit̄: q̄ ex cōtrariis cōſtat ſentētiis: ſingula ſingulis cōferēs. Eſt & altera q̄ ex uerbis celeriter relatis cōſtat. Ablate: oī cōſilio & prudētia deſtitute. Turpiter illa uiꝝ: ꝑ cædē & nefas. Theda pudica. legitimū cōiugiū: facē in nuptiis pueri mr̄imi & patrimi ferebāt. Prodidit illa patrē: Eætā: cui rapuit uellus aureū: illum Meleager ī pugna trucidauit: q̄ ī littore cū argonautis eſt orta. Thoanta: patrē Thoantē a cæde liberaui: cū Lemniades uiros omnes trucidaſſent. Cholcos: patriā ſuā: ſūt cholchi ſub caucaſeis montibus moſthycis iuncti.

VBER. Dos. addit etiā dotē. Lēnos: īſula mea. Terra ingeni. i. fertilis: & natura bona: nā ingeniū & naturā etiā đ terra dr̄: ꝑ ui & poſſibilitate: unde & Ouidi. li. iiii. faſtoꝝ. Frigida carſeolis nec oliuis apta ferēdis terra. ſed ad ſegetes igenioſus ager ergo nō legat̄ igenuoſus: ut a qbuſdam male. Me quoq; qđ ta. meliꝰ legit̄ res tales. ut ſit ſenſus int̄ tales res. i. īter nobilitatē & dotē & ſimilia: non debes me ſpernere. Nūc etiā pepi. laudat ſe a fœcūditate: q̄ ſolet eē grata maritis. Gratare: gratulare: Ambobus: mihi & tibi Auctor. i. is ꝑ quē eram grauida. i. tu. Dulce. nō moleſtū: qa ſi uxor amat maritū: licet graue ſit ferre partū ī utero: tn̄ fert libenter ꝑꝑ maritū cū uidet eſſe gratū. Quoq;. etiā. i. ꝑter hoc qđ peperi. Sū etiā fœlix: qa non unū: ſed geminos peperi. Thoantē. ſ. & Eunæū. Lucina. dea partus: quā eādem Iunonē eē uolūt. ut Teren. Iuno lucina fer opē. Lucinā aūt appellāt uel a loco: q erat ſub elqlino mōte: ubi de fœcūditate mulieres reſpōſa acceperūt: ut oſtēdit Oui. lib. ii. faſtoꝝ. uel a luce: in quā pueros naſcētes deducere dr̄. & idem ē auctor loco ſupradicto. Grata lucinæ dedit hæc tibi noīa lucus. Aut qa prīcipiū tu dea lucis habes: hæc græce dr̄ ilithya Ouid. lib. ix. meta. ꝑpoſitā timidis parietibus ilithyā. Fauēte. dante mihi pariēdi facultatē. Pignora. i. filios. Illis. i. ꝑ illos. i. ſiqs uideat illos uidet̄ te uidere. Fallere. ſicut tu. Cætera. ꝑter cognitionē fallēdi: Pr̄is. ſ. tui q̄ es coꝝ pr̄: Legatos. quaſi nūcios. Pro mr̄e. ꝑ me. Tenuit. īpediuit. Cœptas: īſtitutas: & propoſitas. Plus nouerca. i. crudelior crudeli. nam cū omnis nouerca ſit crudelis. ipſa eſt pluſq̄ nouerca. Faciūt. i. cōueniūt. Spargere. argumētū a maiori ad minus. Si inqt tā fuit crudelis: ꝙ potuerit īterficere fratrē ſuū: nūquid parceret filiis meis. q. d. minime. nā cū fugeret cū Iaſone: ut patrem inſequentē retardaret. fratris ſui Abſyrthi mēbra dilacerauit: & uariis locis ſparſit: ut pr̄ occupatꝰ ī eis colligēdis deſiſteret ab īſecutiōe. Is locus poſtea tomos. i. inciſio dictus ē. Oui. n. in triſtibus ſcribit. Inde loco nomē tomos eſt qa dicitur illic Membra ſui fratris ſubſecuiſſe ſoror. Parceret? interrogatiue. q. d. nō. Ablate. capte. Præpoſuiſſe toro Hypſiphiles. i. maluiſſe eā uxorē q̄ me. Turpiter. adducit eā in contēptū eius īpudiciciam cōmemorās. Virgo: ad ætatē retulit. Viꝝ. ſ. te. Turpiter: qa id fecit clam patre ſuo. Theda. ꝑ nuptiis ponit̄. Prodidit. decepit: qa fauit tibi qui eius res eras rapturus: & eo inſciente aufugit. Rapui. liberaui. Thoāta. patrē meū: ut ſupra diximus. Deſeruit. qa fugit. Habet. tenet me. qa remāſi in pr̄ia ſicut honeſtas decet mulieres. Quid referā. male legit̄ qđ referā: cū legēdum ſit qđ refert. nam poſteaq̄ cōmemorauit Hypſiphile ꝓbitates ſuas: & Medeæ flagitia: dicit qđ tn̄ refert qđ ego ſim ꝓba & ipſa flagirioſa. ſi plus poſſunt ſcelera q̄ probitates: & hæc eſt uera lectio: talis eſt etiā ſenſus apud Ouid. in. ii. meta. Quid tn̄ hoc prodeſt ſi diro facta uolucris Crimīe Nyctimene noſtro ſucceſſit honori. ergo quid refert. i. quid prodeſt. ſi ſcelerata Medea uincit piam. ſ. me. & eſt dotata ipſo crimine. ideſt ſi a te extimatūr habere ſatis magnā dotem: quia eſt ueneſica. Emeruit. ſ. per crimina & ſcelera ſua.

ANTO. Lemniadum facinꝰ culpo. quæ una nocte uiros peremerunt: hæ nominantur Pelyxo Caropen marium quatuor natos. patrē & fratres. Gorge. Helimum. Mirmidone: Cydon: Creneū: & Giam: Popea: Cldemon filium purgat crimen per conceſſionem. Dolor. indignatio. dolebant Lēniades uiros Thraces feras adduxiſſe: quibus oblectarentur. Dic age. ſi uentis. hæc adulatio nō ſine ſtomacho eſt. Iniquis: tuæ uoluntati aduerſis. Comes: non nominat ob dolorem. Hiſcere nempe tibi obtaſſes: ut terræ hiatu abſorberetis: ultima imprecatio eſt: quum terram hiſcere optamus. Quo uultu: qua audacia. Ipſe quidē p me tutus. in te non ſæuiſſem: licet culpa non uaces. Pellicis: Medeæ. Impleſſem. fœdaſſem. Quoſq; ueneficiis abſtulit. Iaſonis uultus intelligit: fœdaſſem me de Medeæ ſanguine. Abſtulit. a me abegit. Medeæ medea forem: contra medeam Medeæ ſæuitia uterer. Quod ſi quis ab alto. concludit per imprecationem. Succuba noſtri. Succubam dicimꝰ: quæ alienum thalamum uiolauit. Leges ſuas: deploret in eadem conditione ſita ſe a uiro deſtitutā ut mihi ſua cauſa contigit. Iaſon Medeam repulit: cū creuſam Creontis filiam uxorem duceret. Totidem natis & uiro. medea Dyndimum & theſaurum peremit: Iaſon ſe ipſum confecit. Male parta: Iaſonem ſignificat: quē ſuis ueneficiis erat emerita. Toto orbe. Medea inceſa creontis regia ad fugam compulſa draconibus allatis uecta: Thebas uenit. Herculem inſania purgauit: inde Athenas ad Aegeum fugit: accuſata ueneficiis in Phœniciam nauigat. Inde ad ſuperiores Aſiæ oras migrauit: ubi Medū filium peperit. Demum colchos rediit: ubi idem obiit. Fratri. abſyrtho: quem laniauit. Parenti: Eætæ: quē erat fatum interire: cum raptum fuiſſet aureum uellus: & a Meleagro peremptus eſt. Acerba: crudelis. Naus: Dyndimo & Theſſandro theſſalus fugit. Viro: iaſoni quem ad necem impulit. Aera tentet. quoniam draconibus alatis uolaſſe diximus. Sua cæde. ſuorum morte. Expes. ſpe omni deſtituta & ope. Fraudata coniugio: cui uir nō rediit: ut debuit. Thoantias: Hypſiphile thoantis filia. Oro: imprecor. Deuoto. diris imprecatiōibus meis: dānato ueſtrum inquit cōiugium eo exitu claudatur: quem meæ imprecationes deuouent.

Lemniadum facinꝰ culpo: nō miror Iaſon.
Quælibet iratis ipſe dat arma dolor.
Dic age ſi uētꝰ (ut oportuit) actus iniquis
Intraſſes portus: tuq; comeſq; meos:
Obuia exiſſem: fœtu comitata gemello:
Hiſcere nempe tibi terga roganda foret
Quo uultu natos? quo me ſcelerate uideres
Perfide. quo precio. q̄ nece dignꝰ eras?
Ipſe quidē (p me) tutꝰ ſoſpeſque fuiſſes:
Nō quia tu dignus: ſed quia mitis ego.
Pellicis ipſa meos īpleſſē ſanguine uultus:
Quoſq; ueneficiis abſtulit illa ſuis:
Medeæ Medea forem q; ſiquis ab alto
Iuſtus adeſt precibus Iupiter ipſe meis.
Qđ gēit hypſiphile lecti quoq; ſucuba no (ſtri
Mœreat: & legis ſentiat ipſa ſuas.
Vtq; ego deſtituor cōiunx: materq; duorū
A totidem natis orba ſit illa uiro.
Nec male parta diu teneat: peiuſq; reliquat
Exulet: & toto quęrat ī orbe fugam.
Quā fratri germana fuit: miſeroq; parenti
Filia: tam natis: tam ſit acerba uiro.
Cum mare: cū terras cōſūpſerat aera tētet:
Erret inops: expes: cæde cruenta ſua.
Hęc ego cōiugio fraudata Thoantias oro.
Viuite deuoto. nuptaque uirq; toro:

VBER. Lemniadum. ne ipſa Hypſiphile dicatur eē crudelis: quia crudele factum lemniadum ſupra commemorauit: excuſat eas. Culpo. reprehendo. Non miror: qđ interfecerint uiros a quibus ſpernebātur. Quælibet arma. ſic Virgi. Quodcunq; repertum Rimanti telum ita facit. Dolor. qualis erat ipſarum. quæ ſpernebātur. Dic age: interrogat iaſona quo uultu uidiſſet & eam: & filios ſuos: ſi uentis delatus fuiſſet ad litus Lemni. Age. hortantis ordo eſt. Age. dic quo uultu uideres natos: & me ſi tu actꝰ uentis iniquis intraſſes portus: & ego exiſſem obuiam & cætera. Hiſcere. per parentheſin & intercompoſitionem legendus eſt hic uerſus. Terra foret roganda a te. Hiſceret. ideſt ut hiſceret & ſe aperiret tibi: ut te abſorberet potiuſquā aſpectum meum quam deceperas uideres cum adultera tua. Quo. ideſt quali. Quo precio: ideſt qua pœna. ſic Terentius. Ego precium ob ſtultitiam fero. Iuuenalis. Ille crucis precium ſceleris tulit. ideſt pœnam. Qua nece. quaſi dicat crudeliſſima. Ipſe: tu. Per me. ideſt quantum ad me pertinet: quia nihil nocuiſſem tibi. Non quia tu dignus: ſcilicet ſis eſſes tutus. Sed quia ego mitis: ideſt clæmens: quæ neſcio nocere. Pellicis. Medeæ. Sanguine ſuo. quia dilaceraſſem eius uultus. Quoſque. ideſt & uultus ſcilicet tuos. Quos abſtulit ueneficiis ſuis. ideſt quos ſuis incantationibus cepit. ut ſupra. Colchiſq; ablate uenenis. Medeæ medea. propriū nomen pro appellatiuo poſcit. ideſt Medeam pro crudeli. Quod ſi quid. īprecatur Medeæ eadē quæ ipſa patitur: ut ita aliquādo priuetur marito: ſicut ipſa priuata eſt ab eā. Si iuppitē &c. ideſt ſi iuppiter iuſtus exaudit præces & uota mea. Succuba. concubina. ſ. Medea. Mœreat. fleat quod Hypſiphile gemit. ideſt id quod ego doleo: ſcilicet mihi eſſe ereptum maritum. Suas leges: quia qui alii facit iniuriam: dat quodammodo leges ſibi quoque inferendi iniuriam. Vtque ego. optat ut Medea iam facta mater de Iaſone poſt filios ſuſceptos ita relinquatur ab Iaſone: ſicut ipſa relicta fuit. A totidē natis: ideſt poſt totidē natos. i. poſtq̄ duos filios ſuſceperit: qđ quidem ita ei accidit ſicut imprecata eſt. Male parta: male quæſita: ſm prouerbium & dictum cuiuſdam poetæ: male parta male dilabuntur: Peius: q̄ ſcilicet acquiſiuerit. Exulet. expellatur ex patria. Quam fratri. ut terreat Iaſona: imprecatur etiam: ut Medea ſit ei & filiis eius crudelis: ordo Illa ſit tam acerba natis. ideſt tam crudelis mater. & tam acer uiro. ideſt tam crudelis uxor tibi

patur nunquam comparuiſſe. Mitius inueni q̄ te genus
omne ferarū. in tota epiſtola perfidiæ eſt & ſæuitiæ expo
ſtulatio: quas a cōparatiōe in principio ſtatuit. Clemētiꝰ
inquit ſe mecum habuiſſent feræ: & fidius cuſtodiſſent q̄
Theſeus. Credita. ſuæ fidei commiſſa: trāſlatio eſt a de-
poſito. Peius. maiori perfidia. Ex illo littore: pathos a
loco: quem ſignat ne forte ſalutem alio trāſlatam inueniſ-
ſe Theſeus exiſtimaret. ſum īquit in ea ſolitudine: in qua
me reliquiſti. Per facinus. purgat quod obiici potuiſſet:
non mea culpa: ſed tua perfidia relicta ſum: Tēpus erat.
inuidiam auget a tempore & circūſtantiis. nam tempꝰ lo
cum & facti conditiōem circumſcribit. Quo primum
terra pruina. matutinū crepuſculū ſignificat. qn̄ terra leui
rore immadeſcit. Incertum: quæ non oīno eram exper-
gefacta. ſed adhuc in ſomno langueſcebā. Metus excuſſe
re ſōnum. timiditas ſomnū excludit. ideo q altiſſime dor-
miunt ſi moleſta obiiciantur ſomnia unde timere cogantur a ſomno excutiuntur. Luna fuit. nondū omninō
illuxerat dies. Specto ſi quid niſi littora cernam. mouet miſericordiam a cura. VBERTINVS:

Itius inueni. Ne & chartas fruſtra impleam. & auditori ſim faſtidio nō enarrabo iterū fabulam mino-
tauri: unde pendet argumētū huius epiſtolæ: qm̄ ſatis dictum eſt in ſecunda epiſtola Phyllidis ad De-
mophoōta ſup eum locum. & Tauri mixtaq; forma uiri. & item in argumento epiſtolæ Phædræ ad
Hyppolitū. Itaq; q uelit plene uidere illuc recurrat. qđ aūt ad hunc locū attinet hoc eſt in ſūma. Cū ob leges a
Minoe deuictis Athenienſibus īpoſitas Theſeus in Cretā nauigaſſet: Ariadnæ Minois filia eius ſpecie ac de-
core capta cōſiliū operamq; dedit Minotauri occidēdi. & Labyrinthi egreſſum edocuit. Deinde cum ariadne
noctu clam recedens in īſulā appulit aliqn̄ Diam: nūc uero Naxon uocitatā: ubi dicitur reliquiſſe ariadnem:
& ſine eam in patriam naigaſſe. Quare fingit poeta eam derelictā ſcribere hāc epiſtolam ad Theſeum: & eū
increpare de duricia & īmanitate animi & ingratitudine beneficiorū quæ ei cōmemorat: & poſt cōmemora-
tas etiam infelicitates ſuas rogat eū: ut nauē flectat: & redeat ad eam recipiendā. Mitius. i. minus crudele. nā
nulla fera mitis. Eſt credita. i. commiſſa. tradita. Vlli. alicui ſiue homini ſiue feræ. Vnde: idest ex quo ſcili
cet littore. Tulere. pro abſtulere. Somnus. ideſt ſopor. Et tu: ſcilicet ꝑdidiſti. Tēpus erat. dicit fuiſſe autu
mnale tempus. Vitrea. ſplendida ut uitriū. Spargit. īpletur. Pruinis. Iuuena. Iam leti ferro cedēte pruinis
autumno. Incertū. ſubaudi eſt: uel pro incerte poſuit. Languida. cadentia & debilia. Preſſuras: n actaturas
Semiſopita. ideſt ſemidormiens. puto tamen eē legendū ſemiſepulta. ut uerſus ſtet: qđ idem erit in ſenſu q ſe
miſopita. ut Virgi. in ſexto æneidos. tandem cuſtode ſepulto. ubi Seruius exponit. i. dormiēte. cū aūt ſopor
corripiat primā: ut apud Virgi. Alitū pecudumq; genus ſopor altus habebat. Sopire & ſopitus primā ꝓducit
Ouid. libro. vii. metamorpho. Soluerat alta quies nullo cum murmure ſerpens Sopitis ſimilis nullo cū mur-
mure ſerpit. Idem libro ſupradicto. Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem. Aduertendum eſt igitur ſe
miſopita male legi cū ſemiſepulta: ut diximus legendum ſit: quod idem ſignificat quod ſemiſopita. ut exte
xtu Virgiliano patet. Nullus. ꝓ nō ponitur. qa de Iaſone ſolo intelligit: uel nullus: nec Iaſon: nec alius. Re
fero. iterum fero. Retempto. ideſt ſæpius tēpto. Excuſſere. expulere & uiolenter remouere. Præcipitata.
ideſt celeriter demiſſa. Viduo. derelicto a te marito meo. Sonuerūt. ꝓpter impenſionē. Adductis. retra
ctis. Vt. i. ſicut. Erat turbida. ideſt turbata & incōpta. A ſomno. ideſt propter ſomnū: qa dormiendo tur
bantur capilli ab ordine ſuo: & cultu ſuo. Rupta eſt. i. dilacerata. Luna i. ſplendor lunæ. Niſi. i. præter.

Ariadna Theſeo.

Itius inueni: q̄ te genus omne
ferarum.
Credita non ulli: q̄ tibi peius erā.
Quæ legis. ex illo theſeu tibi littore mitto:
Vnde tuam ſine me uela tulere ratem.
In quo me ſōnuſq; meus male ꝑdidit: & tu
Per facinus ſomnis inſidiate meis.
Tēpus erat uitrea quo primū terra pruina
Spargitᷣ. & tectæ fronde querunt aues.
Incertum uigilās a ſomno languida moui
Theſea preſſuras ſemiſopita manus:
Nullus erat: referoq; manus iterūq; retēto.
Perq; torum moueo brachia: nullꝰ erat.
Excuſſere metus ſomnum: cōterrita ſurgo:
Membraq; ſunt uiduo præcipitata toro.
Protiuſq; adductis ſōuerūt pectora palmis.
Vtq; erat e ſōno turpida rupta coma ē.
Luna fuit. ſpecto ſi quid niſi littora cernā:
Qđ uideāt oculi: nil niſi littus habent.

ANTO: Cōcaua ſaxa: naturale eſt ūt ecco in locis cōcauis reſpōdeat. Nā ut ſcribit Pli. uoces reciprocæ fiunt ex pcuſſo aere in mōtibus ſinuoſis & cōuallibus: qm̄ nō eſt nauigādi liberrimus cāpus: ſed obiectu reflectitur. Locus ipſe uo. ecco mihi reſpōdebat. Ille locus: ecce q̄ta ſæuitia arguit Theſeū: ut īmoto theſeo ad miſericordiā inanimata concitet. Mons fuit. Drion uidetur ſignificare in q̄ue a Baccho delatā Ariadnā diximus: ubi nunq̄ deinceps cōparuit. Rari. quo minus uiſu impediret. Pēdet ſcopulus. mari īminens abluitur. Inde. ex mōte: quē aſcenderā. Vētis crudelibus: tres deos ſibi aduerſatos eſſe narrat: uentos ſomnū & fidem.

Nūc huc nūc illuc & utroq; ſine ordie curro
Alta puellares tardat arena pedes.
Interea toto clamanti littore Theſeu.
Reddebant nomē concaua ſaxa tuum.
Et quotiēs ego te: totiēs locus ipſe uocabat:
Ille locus miſerę ferre uolebat opem.
Mons fuit: apparent frutices ī uertice rari:
Nūc ſcopulus raucis pēdet adhęſus aqs
Aſcendo. uires animus dabat: atq; ita late.
Aequora proſpectu metior alta meo.
Inde ego: nā uentis quoq; ſū crudelib9 uſa
Vidi præcipiti carbaſa tenſa noto.
Aut uidi: aut certe cū me uidiſſe putarem.
Frigidior glacie: ſemianimiſq; fui.
Nec lāguere diu patitur dolor. excitor illo:
Excitor. & ſumma theſea uoce uoco.
Quo fugis exclāo: ſcelerate reuertere theſeu
Flecte ratē nūerū nō hēt illa ſuū.
Hoc ego quod uoci deerat plāgore replebā
Verbera cum uerbis mixta fuere meis.
Si non audires ut ſaltem cernere poſſes.
Iactatæ late ſigna dedere manus.
Cādidaq; īpoſui lōge uelamina uirgæ.
Scilicet oblitos admonitura mei.
Iāq; oculis ereptus eras: tūc deniq; fleui.
Torpebant molles ante dolore genæ.
Quid poti9 facerēt: q̄ me mea lumia flerēt
Poſtq̄ deſierant uela uidere tua.
Aut ego diffuſis erraui ſola capillis:
Qualis ab ogygio concita bacca deo.

Præcipiti: ut me fugeres toto uelo uentos excepiſti pnicissime nauigās. Aut uidi. a dubitatiōe mouet miſericordiā: fieri inq̄t pōt: ut tuam nauim non uiderim: ſed uoluntas me impulerit: ut te uidiſſe exiſtimarim. Quo fugis: cū ſtomacho legendū, uerbū hoc inuidioſe poſuit. Suū nūmeꝝ. deeſt enī Ariadna. Plangore replebā: cum a clamore diſcedebam: me ut in ſummo dolore fit uerberabam. Mixta. interdū & clamorē cum uerberibus confundebam. Iactatæ manus. ne obliuionē forte ī cauſa eē diceres: ſigna tibi dedi manibus late iactatis. Cādida uelamina. ecce aliud ſignū quo relictæ Theſeūs admoneret ſuſtuli inq̄t longo trūco album uelū. Iāq; oculis ereptus erat. firmat nō putaſſe: ſed oīno theſeum abeuntē uidiſſe. Tū deniq; fleui. ereptus meis oculis erupi in lachrymas. antea. n. præ ſtupore & cura flere nō potui. Me. calamitatē & fortunā meā. Aut ego diffuſis. pathos a corporis habitu: augetur. n. cōmiſeratio ſi cū ſollicitudīes noſtras expoſuerimus corporis habitū: q fortunā pſentē deceat ſubiectamus. Qualis ab ogygio: comparatiōe demōſtrat qualis fuerit ariadna. Concita baccha. Bacchi ſacerdos numinis furore cōcita paſſis crinibus ſine ordine fertur: qualiter in metamorpho. Agauē deſcribit.

VBER. Vtroq;. in utrāq; partē. ſ. huc & illuc. Sine ordi. i. ſine rōne. Tardat. īpedit. Puellares. i. meos: quæ ſum puella: qa difficilis eſt curſus per arenā. Reddebant nomen. ſcilicet p Echo. i. p reſonationem: nam ichoo græce reſono ſignificat. ū Eccho dicitur uox: quæ ex concauis & deſertis locis ex clamore redditur: quæ aliq̄n ſm fabulas nympha fuit in ſolam uocē reſpondentem a Iunōe mutata: ut ſcribit Ouid. lib. tertio meta. Clamāti. ſcilicet mihi. i. uocanti alta uoce. Totiēs locus ipſe uocabat. qa Ecco reddit eadem uerba. Ouid. in fabula Narciſi & Echos: & totidem quot dixit uerba recepit. Ferre opē. qa qđ tu nolebas facere ipſa faciebat ut mihi rnderet. Mons fuit. deſcribit locū ex quo dicit ſe pſpexiſſe nauem theſei & eam uidiſſe. Frutices: arbuſculæ. Adheſus: corroſus. & cauatus. Vires animus dabat: quia occurrebat: poſſet obiici quomodo poteras aſcendere? Dicit animus dabat uires: quia nemo eſt tam imbecillis & timidus: quem animus & mira cupiditas aliqd faciendi: nō faciat & fortē & audacē. Metior. contēplor. Meo pſpectu. meis oculis. pſpicere autē eſt pcul. i. longe aſpicere. Inde. ex eo mōte. Nā uentis &c̄. parentheſis. Quodq;. etiā, ſicut te. fuerunt enim crudeles. qa te cito auferebāt. Præcipiti. feſtino. Aut certe cū putarē me uidiſſe: qa ſæpe ex affectu animi putamus nos uidere ea q̄ nō uidemus. Frigidior glacie. hypbole eſt. i. ſuperlatio. i. oratio ſupra uerū. Semianimiſq;. ideſt ſemimortua. Languere. i. ita eſſe ſtupidam. Illo. ſ. dolore. Excitor. conduplicatio eſt. Sūma: maxima. Reuertere. redimere. imperatiui eſt modi. Numerum ſuū. i. oēs: qui in ea eſſe debēt. Hæc ego. ſ. dicebam. Plangore. pcuſſione. Verbera cum uerbis: quia & clamabam. & feriebam pectus meum. Si non audires. dicit ſe etiam feciſſe ſigna motu manuum ut ſaltē uideretur a theſeo. Iactatæ. motæ. Iuuenal. A facie iactare manus. Velamina cādida. lineū pannū. Lōgæ uirgæ. i. perticæ. Scilicet: certe. q. d. hac ſola cauſa. Admonitura. reductura ī memoriā. Oblitos. te & ſocios. Ereptus oculis. i. nō amplius uidebaris a me. Tūc deniq; fleui: qa antea clamauerā: & me pcuſſerā tantū: nec potuerā præ dolore lachrymari. Torpuerāt. factæ erāt ſtupidæ. Genæ: oculi. Dolore: pptēr dolorē. Quid faceret? q. d. nihil. Niſi fleret me. i. miſeriā meā: aliq legūt te. i. diſceſſum tuū: ſed melius me. Deſierāt. ceſſauerant. Aut ego: dicit qđ egerit poſtea q̄ non ampli9 uidit nauē theſei. Erraui: huc illuc iui. Diffuſis: ſparſis. Qualis: facit cōparationē: dicit. n. ſe ſic pcipite curriſſe ſicut currūt ſacerdotes Bacchi cū dei ſui numine ſtimulant. Baccha: mulier Baccho ſacrificans.

ANTO. Ogygio deo. Bacchũ ſignificat: cuius noĩe Thebas claras eſſe Pli. ſcribit. ubi Ogyges regnauit: a quo thebani Ogygii dicti ſunt. Lapis ſedes. nõ minus erã ego: quæ ſedebã lapis q̃ ſaxũ: ꝙ mihi ſedẽ præbuerat. Sæpe torũ repeto: pſiſtit adhuc in ea curaꝝ expoſitione. Tua ueſtigia: quæ ſigna toro reliquiſti. Strataq;: Strata ut Vulpianus & Labeo definiunt quæ ſternuntur oĩa ueſtimenta dicimus: ueſtes ſtragulas: & peri ſtromata. Preſſimus exclamo te duo. pathos ab allocutione ad rem inanimatam. Vacat inſula cultu. licet hiſtoriam uertere ut moueat orator: tradit Cice. ideo ut a ſolitudine miſericordiam cõcitet: cultoribus naxõ uacare dicit: cum ea tempeſtate eſſet cultiſſima: nam multo ante Butes Boreæ filius eam inſulam tenuit: cum Lycurgi fratris inſidias fugeret: cumq; antea inſula Strongyle uocaretur Diam appellarũt: poſt paulo cum Thraces illam deſeruiſſent: cares ex Lamia pfecti duce Naxo inſulam occuparunt: & a duce Naxon appellarunt. Non ego facta boum. hoc omnino hiſtoria non caret: nam licet iſula uiribus feraciſſima ſit: Diodorus tñ ſcribit ſiccitate a thracibus fuiſſe deſertam. Finge dari comiteſq; mihi: figmẽto utitur quod genus allocutionis Hermogenes hoc eſt figmẽtũ appellat: eſto inqt ut ſint mihi parata nauigia ad nauigandum. Terra paterna. in patriam redditus nõ datur. Temperet ut uentos: licet Aeolus ſecundos emittat uentos. Non ego te crete. hac allocutione ad patriam qua ſe frui non licere dicit pathos excitat. Centum p urbes: centum urbibus habitatam Cretem Home. ſcribit. Puero cognita terra Ioui. Arati carmen eſt ꝙ germanic⁹ Cæſar latinum fecit. eo indicatur Iuppiter in Creta nutritus qũum de Cynoſura & Helice loquitur: quæ Iouis nutrices feruntur. Creſia nos tellus aluit: moderator Olympi. Donauit cælo meritum cuſtodia fecit. Quod fidei comites prima in cunabula magni. Fouerunt: Iouis attonitæ cum furta parẽtis. Aerea pulſãtes mẽdaci cymbala dextra. Vagitus pueri patrias ne tangeret aures. Dicta exercerent dominæ famuli corybantes. Iuſto parẽte. Minos cretenſibus leges dedit: ut ſcribit Diodo. Tecto recũruo labyrinthum intelligit: quem Ariadnes beneficio reſolui ſſe Theſeum dix imus: Dedi fila pro duce: non modo fila: ut Dedalus monſtrarat ad reſoluendum labyrinthum: ſed coronam quam a Baccho accepiſſe ſcribit Hygi. cui⁹ fulgore loci tenebras ſuperaret.

Aut mare proſpiciens in ſaxo frigida ſedi,
Quamq; lapis ſedes: tam lapis ipſa fui.
Sepe toꝝ repeto: q nos acceperat ambos:
Sed non acceptos exibiturus erat.
Et tua quæ poſſum pro te ueſtigia tango:
Strataq;: quæ membris intepuere tuis.
Incumbo: lachrymiſq; toro manãte pfuſis
Preſſimus exclamo te duo: redde duos.
Venim⁹ huc ãbo: cur nõ diſcedimus ãbo?
Perfide pars noſtri lectule maior ubi ẽ?
Quid faciã: quo ſola ferar: uacat iſula cultu.
Nõ hoium uideo: ñ ego facta boũ.
Oẽ latus terræ cingit mare nauita nuſq̃ ẽ:
Nulla per ambiguas puppis itura uias.
Fĩge dari comiteſq; mihi. uẽtoſq;. ratẽq;
Quid ſeq̃r? acceſſ⁹ terra paterna negat.
Vt rate fœlici paccata per ęquora labor
Temperet ut uentos æolus: exul ero.
Nõ ego te crete cẽtum digeſta per urbes
Aſpiciam: puero cognita terra Ioui.
Nã pater: & tellus iuſto regnata parente.
Prodita ſunt facto nomina cara meo.
Cũ tibi. ne uictus tecto morerere recuruo
Quæ regerẽt paſſus pro duce fila dedi.

VBER.

Concita: cõmota. A deo ogygio. i. a Baccho Thebano. Ogygius rex fuit Thebanoꝝ: Bachus autẽ ex Semele filia Cadmi qui Thebas cõdidit: natus eſt: ut ſcribit Oui. in metamor. Bachæ aũt ſolent præcipites hũc illuc currere. Phædra ſupra. Nunc feror ut Bacchi furiis Eleides actæ. In ſaxo. in mõte ſaxeo. Tam lapis fui. ideſt. ita fui frigida & ſtupida ut eſt lapis: ſicut lapis fuit ſedes mea. Repeto torum. reuertor ad lectum. Exhibiturus: redditurus. Per te. loco tui. Strata. culcitram lecti a ſternendo dicta. Ouid. in primo de amoribus. Eſſe quid hoc dicam. quod tam mihi dura uidentur ſtrata. Irrepuere. incaluere: quia illic cubuiſti. Incumbo. ſ. ſtratis ideſt impono os meum ſuper lectũ. Profuſis. largiter effuſis. Manãte. fluente: & madido. Duo. ego & Theſeus. Maior pars noſtri. Theſeus quia maritus maior eſt uxore. Lectule. contumeliæ & indignationis cauſa diminutiuo uſa eſt. Quo ferar? ideſt quo ire debeo. Vacat. caret. Cultu. uel cultura terræ: uel certe habitatione facta. Hominum: ut ſunt ædificia facta. Boũm. utpote terras cultas. Cingit: circũdat. Omne latus ideſt omnem partem. Nauita. ideſt nauta. eſt autem epenteſis. ideſt extenſio dictionis. Ambiguas. dubias: quales ſunt uiæ maris. Finge. ideſt pone: ideſt ponatur: ꝙ ego inuenirem comites: & naues: quo tamẽ ire deberem? Quid. i. quem locum. Acceſſus. i. aditus. Vt. ideſt quamuis. Laber. ideſt nauigem: & celeriter eã. Virg. in tertio æneidos. & tamen hanc pelago præterlabere neceſſe eſt. Temperet uẽtos. i. licet det mihi uẽtos ſecundos. Exul ero. ideſt non habeo tamen quo eam. Non ego. dicit non licere ſibi adire Cretam ĩ qua regnabat pater ſuus: quia eum prodiderat: & ut ſupra diximus: clam eo diſceſſerat. Digeſta: diuiſa. Per centum urbes. habebat enim olim Creta centum urbes. Cognita Ioui puero: quia Iuppiter illic nutritus eſt: diximus ſupra in epiſtola Phædræ. Eſt mihi dotalis tellus Iouis inſula cretæ. Regnata: participiũ ſine uerbi origine. Nomina cara. ſcilicet pater & patria. Prodita: decepta offenſa. Cum tibi. dicit prodidiſſe patrem & patriam ut prodeſſet Theſeo: cum ſubaudi tunc. ſcilicet ſunt prodita cum dedi fila quæ regerent paſſus. Pro duce. i. loco alicuius: qui te duceret. Ne tu uictus: ſcilicet a Minotauro. Morerere. perires. Tecto recuruo: periphraſis labyrinthi. ſic ſupra. Phædra. Curua meæ fugit tecta ſocoris ope.

ANTO:

Per ego ipſa pericula iuro: iuſiurandum repetit: ut perfidiæ honeſtior uiderẽtur expoſtulatio: eſt inqt fides

iure iurando firmata Non ſum tua: quoniam deſtituta ſum: Si modo uiuit fœmina: negat ſe uiuere poſſe in ea ſolitudine. de coniugio ſpopōderat Theſeus. ipſa pulcherrime apud Catulum his uerbis queritur. At nō hæc quoniam uobis promiſſa dediſti Voce mihi: neque hoc miſeræ ſperare uidebas. Sed cōnubia læta. ſed optatos Hymenæos. Quæ contra nereidi ſerpunt irrita uenti. Me quoq; mactaſſes: a læti genere mouet pathos. Fratrem minotaurū intelligit quem Theſeus iteremit. Soluta. non decepta. Nam ego non tantum: comiſeratio eſt quæ excitat̃ recordatione eorum quæ nobis ratione p̃ſẽtis caſus grauiora poſſunt accidere.

Cum mihi dicebas. p ego ipſa p̃icula iuro
Te fore: dum noſtrū uiuet uterq; meā.
Viuimus: & nō ſū Theſeu tua: ſi mō uiuit.
Foemina periuri fraude ſepulta uiri:
Me quoq; q̃ fratrē mactaſſes ĩprobe claua
Eſſet: quā dederas: morte ſepulta fides:
Nūc ego nō tātū quæ ſū paſſura recordor.
Sed quæcumq; poteſt ulla relicta pati
Occurrunt animo pereundi mille figurę
Morſq; min⁹ pœnę: q̃ mora mortis hẽt.
Iamiam uẽturos aut hac aut ſuſpicor illac:
Qui lanient auido uiſcera dẽte lupos.
Forſitan & fuluos tellus alit iſta leones:
Quis ſcit: an hæc ſæuas ĩſula tigres hẽt.
Et freta dicunt̃ magnas expellere phocas.
Quis uetat & gladios per latus ire meū?
Tantum ne religer dura captiua catena.
Neue traham ſerua grandia pẽſa manu
Cui pater ẽ Minos. cui mater filia Phœbi:
Qđ magis memini: quę tibi pacta fui.
Si mare. ſi terras. porrectaque littora uidi.
Multa mihi terræ. multa minant̃ aquę.
Cęlum reſtabat: timeo ſimulacra deorum:
Deſtituo rapidis pręda cibuſq; feris.

Quæ ſum paſſa. mortē indicat de qua forte deliberarat. Morſq; minus pœnæ. moleſti⁹ eſt mihi uiuere diutius q̃ ſi confeſtim interirem: nam poſtquam deſtituta eſt a Theſeo ſe uixiſſe negat: confecta dolore horis ſingulis interibar. Iamiam uenturos. exponit quid uiuēdi moram moleſte faceret. Timeo inquit lupos ne me lanient. Fuluos leones: in Naxo immo in Europa non ſunt leones: ut Ariſtoteli placet: niſi ad acheloum amnem: ĩ africa tñ ſunt ferociſſimi & Syria. quos tamen ferocia affirmant ſuperari ab his: qui in Europa gignuntur. Tygres habet: in naxo non proueniunt Tygres q̃s indi & Hyrcani mittūt Octauius manſuefactam populo Romano oſtendit. Magnas phocas: monſtra marina ſunt Phocæ: quos uitulos marinos dicimus: altiſſimo ſomno premuntur: ut ſcribit Plinius: eius pellem fulmine afflari negant. Tantū ne religer. ſeruilem conditionem detractat: cui omne genus mortis præponit. Cui pater eſt minos: commemoratione priſtinæ fortunæ propoſitum tuetur. Simulacra deorū: aſtra deos appellat: ut ſtoicis placuit quæ ferarū imaginib⁹ cælo deformata uiſuntur: ut apud Germanicum Cæſarem licet intueri. hoc non caret hiſtoria. nā Ariadna cū corona in cælo tranſlata dicitur: coronaq; tantum conſpici: VBER. Iuro. uerba quibus utebatur Theſeus ad Ariadnem. Fore. ideſt futuram. Dum. ideſt donec. Si modo uiuis. ad ſeipſam conuertit ſermonem Ariadnæ corrigēs quod dixerat uiuimus: uult enim hoc dicere uiuimus ambo. Si modo o miſera fœmina Ariadne potes tu dici uiuere quæ es ſepulta fraude Theſei. Sepulta. i. quaſi mortua: non q̃ eſſet ſepulta. Mactaſſes: deeſt utinam. Qua fratrem: ſcilicet mactaſti hoc eſt Minotaurū. Soluta: liberata: quia fides & obligatio coniugii ſoluitur ipſa morte. Quæ ſum paſſura: ideſt quæ ſunt mihi accaſura. Vlla relicta. ſicut ego. Occurrunt. offerunt. Pereundi mille fi. mille formæ. Morſq; min⁹. ideſt min⁹ graue & pœnoſum eſt mori: q̃ expectare & tardare ipſam mortem.

Mora. ideſt dilatio. Iamiam. mox. ſubito. Aut hac aut illac. ideſt ex omni parte inſulæ. Viſcera: mea. Auido. famelico. Iſta. pro hæc. Fuluos. a colore: nam ut Aulus gelius ſcribit fuluus ex uiridi & ruffo conſtat: datur autem hoc epitheton fuluus & auro & leonibus. Quis ſcit. ideſt quis poteſt ſcire: cum nemo hic habitet. Sæuas tygrides. ideſt feras & nimium crudeles: abundant autem apud hyrcanus & indos nimis tremendæ uelocitatis: de cuius natura ſcribit Plynius libro octauo. Expellere: ideſt eiicere in ſiccum. Phocas. ideſt uitulos marinos. ita enim dicuntur a nobis: quæ licet inter aquatilia nominentur: tamen & pilo ueſtiunt̃: & animal pariunt: & in terra noctu dormiunt. Virgi. quarto geor. Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore phocæ. nullum autem animal teſte Plinio grauiore ſomno premitur. inde Iuuenalis dixit. Eripiunt ſomnum druſo uitulisq; marinis. Quis uetet. quaſi dicat nullus: poteſt enim uenire aliquis qui me gladio tranſfodiat. Tātum. quaſi dicat ſupradicta non multum curo. Tantum. ſolummodo: ſcilicet timeo. Ne religer. ideſt abducar ligata: tanquam captiua. Ne traham. ex colo deducam. Pēſa. lanas ad penſum datas. Manu ſerua. ideſt ſeruili. Cui: ideſt ego cui. Minos: habet emphaſin. quaſi dicat filius Iouis & Europæ: rex Cretæ: Mater de Paſiphae filia phœbi dictum eſt ſupra in epiſtola phædræ. Quodq; magis. ideſt quod plus eſt. Quæ fui pacta tibi. ideſt quæ fui ſponſa tua. pluris enim hoc facio q̃ patris & matris genus. Si mare. dicit ſe undique uidere ſibi parata pericula. Porrecta. extenta: longa. Multa. ſcilicet mala & pericula. Cœlum reſtabat: ſcilicet unde non eſſent mihi pericula. Simulacra. figuras: In quas dei dicuntur ſe mutare. Præda: rapina. Cibus. eſca: ideſt deſtituor rapienda aut deuoranda a feris. ANTO.

Viueret androgeus. is fuit unus ex minois liberis: quem Aegeus Theſei pater interemit: cum dubitaret ne Athenienſe imperiū cū filiis pallantis: quorū amicitia fruebatur: ſibi adimeret: unde coacti ſunt Athenienſes: ut Minoi pœnas penderent: annis ſingulis mittere pueros ſeptem & totidem uirgines: ut minotauri deuorandi traderent̃. Cum ſors Theſeo contigit beneficio Ariadnes minotaurum reſoluto labyrītho trucidauit. uti-

nam inquit Athenienſes non interemiſſent Androgeum: quoniam tu ad perimendum Minotaurum non nauigaſtes: nec ego deſerta quererer. Hæc exoptatio ad mouendum commiſerationem maxime accommodata eſt: qualis illa eſt Virgiliane didus. Fœlix o nimium fœlix ſi littora tantum Nūquam dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ. Funeribus tuis. corporibus tuorum & puerorum & uirginum qui tradebātur minotauro deuorandi. Ariſtoteles tamen negat mactatos eſſe: ſed ſeruorum loco habitos. Deinde miſſos a cretenſibus delphos cum ſibi ipſis uictum miniſtrare non poſſent in Italiam migraſſe: tenuiſſeque iapigiam. Deīde in thraciam deuertentes Botheos eſſe appellatos. Terra cecropi. atticam intelligit: quam cecrops tenuit. Ardua parte uirum dextera: minotaurum circunſcribit. Nō equidem miror: commemoratis beneficiis adſtruit: ut duritiē crudelitatemque in Theſeo expoſtulet. Si ſtat uictoria: ſi uiciſti. Cretam humum. ſi cretenſes uiderunt ſtratum tua duritie minotaurum. Non poterant figi non inquam ſuperaſti tua uirtute. ſed quia tanta duricies uulnerari non poteſt. Eras tutus: ſine armis pugnare potuiſſes. cum ſis ferreus: Habes Theſea Hyperbole poetica eſt. Theſeū. enim uſurpat pro materia. quæ omnem ſuperet duritiē. Crudeles ſomni. dolor cogit. ut in deos etiā excandeſcat. Inertem ſecuram adeo ut nihil ſentirem. At. ſaltē hoc loco ſignificat. ſaltem inquit me & una nocte hoc eſt morte preſtiſſetis. Officioſa. nimium parata & curioſa ad meā miſeriam. Dextra crudelis. ex ſæuitia ad perfidiam tranſit: non minus inquit perfidum q̄ difficile fuiſſe adſtruit. VBER. Siue colunt. ideſt ſi etiam habitāt. Diffidim⁹. ideſt non fidimus: Externos. ideſt hoſpites: Læſa. ſcilicet a te. quia nūnc timeo ne omnes noceant mihi: ſicut tu nocuiſti. Viueret androgeos. muliebre eſt: ut ſæpius diximus: longe repetere cauſas ſuorum malorum: ſic in prima epiſtola Penelope. O utinam tūnc quum Lacedæmona claſſe petebat Obrutus. & cætera. dicit igitur ꝙ poſſet optare: ꝙ Androgeus frater ſuus nunquam fuiſſet interfectus inuidia Athenienſium: quia Athenienſes nō coacti fuiſſent uicti a Minoe mittere ſeptem corpora filiorum & ſeptem filiarum quotannis ad Minotaurum ut ſupra dictum eſt. & ſic Theſeus nunquam ueniſſet in Cretam: & Per conſequens ipſa nunquam fuiſſet ab eo decepta

Siue colūt habitantq; uiri. diffidimus illis.
Externos didici læſa timere uiros.
Viueret Androgeus utinā: nec fata tuliſſes
Impia funeribus Cecropi terra tuis.
Nec tua mactaſſet nodoſo ſtipite theſeu.
Ardua parte uirū; dextera parte bouem:
Nec tibi quæ reditus mōſtrarēt fila dediſſē
Fila: per aductas ſæpe recepta manus.
Non equidem miror ſi ſtat uictoria tecum.
Strataq; cretæam bellua ſtrauit humū:
Non poterant figi præcordia ferrea cornu.
Vt te non tegeres pectore: tutus eras:
Illuc tu ſilices: illuc adamāta tuliſti.
Illic qui ſilices Theſea uincat. habes.
Crudeles ſomni quid me tenuiſtis inertē.
At ſemel æterna nocte premēda fui.
Vos quo q; credules uēti nimium q; parati.
Flaminaq; in lachrymas officioſa meas.
Dextera crudeles; quę me; fratrēq; necauit.

Androgeos. nominatiuus eſt atticus: cuius ultima longa eſt: quia eſt omega. Fuit autem filius Minois & Paſiphaes: qui cū eſſet fortiſſimus athleta ab Athenienſibus per inuidiam interēptus eſt. ob quā cām Minois cōtra eos bella mouit & uictis eas leges impoſuit: quas ſupra diximus. O terra cecropi. ideſt athenienſes: eſt autem uocatiuus a forma patronymica Cecropis: Cecropidos: fuit autem Cecrops rex Athenienſium: qui primus apud eos maris & fœminæ legitimam coniunctionem inuenit. ex quo finxerunt eum fuiſſe geminæ naturæ. ab eo Athenienſes cecropidæ dicuntur. Luiſſes: ſoluiſſes: purgaſſes. Impia fata. ideſt crudelem mortem Androgei. Funeribus tuis. ideſt mortibus tuorum. Stipite. trunco. Ardua ex quantitate ſyllabarum diſtinguendi ſunt caſus: ut non dicamus ardua parte. ſed dextra tua ardua. ideſt in altum ſublata ad inferendum maiorem ictum. Nec mactaſſet uirum parte. ſcilicet una. Et bouem parte: ſcilicet altera. & ita eſt periphraſis Minotauri. Monſtrarent reditus. ideſt regreſſus ad locum per quem introieras in labyrinthum. Sæpe recepta. ideſt ſæpe reuoluta. Adductas. flexas & retractas. Non equidem obiicit ei nimiam duriciam. Stat: ideſt eſt. Strata. interfecta. Bellua: minotaurus. Strauit. ideſt texit percuſſit. aliqui legunt tinxit: Non poterant. ecce cauſa: quia habuit uictoriam. Præcordia. dicuntur quæ ſunt circa cor. ponuntur tamē pro omnibus inteſtinis. Ferrea: dura. Cornu. ſ. Minotauri: aliqui uolūt intelligere de tauro creteo quem theſeus uicit. ſed non in creta: ſed apud Marathonem eum interfecit. Figi. uulnerari. Vt: ideſt quamuis. Tegeres: defēderes. Virgi. nec Apollinis inſula texit. Pectore. ideſt duricia pectoris. Tutus: munitus. Illic: in pectore tuo. Silices. lapides duriſſimos. Adamanta. alibi diximus lapidem nimiæ duriciæ. Habes theſea. qui uincat. i. habes feritatem tibi ingenitam. quæ eſt durior ſilicibus. Crudeles. conqueritur de ſōno a quo ſit tardata diſcedente Theſeo: apoſtrophat ad ſomnos. Inertē: ſopitam: non ſentientem. At ſemel. dicit qđ ille ſomnus debuiſſet eſſe æternus ita ꝙ nunquā eſſet excitata: quia nunc non eſſet in tantis doloribus. Semel: uno tēpore. Aeterna nocte. ideſt morte. Virgi. in æternam claudunt lumina noctem. Nimium parati: qui tam cito Theſeum abſtuliſtis. Flamina: auræ: flatus. Officioſa. prompta. In meas lachrymas. ideſt ad faciendū me flere. ANTO: Inane. nullius efficaciæ. Iurarunt: cōſpirationē fecerunt. Diis imputat factum: ut & ipſa omnino culpa uacet: & Theſeo non ſit liberum ab incepto curſu reuocari. Si inquit ira ſomnus fides & uenti ſtatuerunt. Theſeuſq; eſt duriſſimus nullo pacto reuocari poterit: ſed mihi moriendum eſt. Ergo ego nec lachrymas: adſtruit ī morte incommoditates. ut non modo dum uixit: ſed poſt fata incommoda patiatur. Lachrymas matris: flentē matrē ut decet in liberoꝝ funere. Ibit in auras peregrinas: nō tñ hoc dicit ꝙ in patria mo

reretur:ſed cũ ſepulchro eſſet caritura eius ſpiritum errare circum Corythi littora dubitabat. Inhumata:ſine honore ſepulturæ. Poſitos:extinctæ ariadnes. Hæc ſunt officiis:per ironiam ingratitudinem obiectat. Reddis:inquit talia præmia pro dulci uita:ut ipſa apud Catullum queritur. Ibis Cecropios portus:inuidioſe hoc dictum eſt intrabis Pytheum Athenaq; portum. Celſus honore:a triumphãtibus tranſlatio:qui ĩter cæteros eminebant ſequente pompa. Saxea tecta:Labyrinthi circunſcriptio eſt. Erãt labyrinthi faſtigia ſaxis intecta:ut Plini.tradit. Me quoq; narrato:non prætereas dum tua recẽſes me deſtituiſſe. Non ſum ſurripienda:non debeo taceri in tuorum geſtorum cõmemoratiõe. Nec pater eſt ægeus.ex æthra Pythei filia & ægeo natus ẽ Theſeus:ut Plutarchus ſcribit:& nos retulimus. Auctores ſaxa fretũq; tui. Apta obligatione:qua Catullus aptiori utitur. Quæ nã te genuit ſola ſub rupe leæna. Quod mare conceptum ſpumantibus expuit undis. Quæ Syrtis quæ Scylla rapax quæ uaſta Carybdis. Dii facerent:ut me ſumma de puppe uideres:affectiõe utitur:mõſtrat enim qualis ſit & quod actum ſit in miſerabili fortuna. Non oculis:quia abſens es. Sed mente meditare qualis eẽ poſſim. Hærentem ſcopulo:ſola in eminenti ſaxo conſederat calamitatem ſuam deplorans:unde nauigantem conſpexerat Theſeum. Graues madidas:lachrymarum abundantia. Corpus horret.horrore torpeſcit.

Et data poſcenti nomen inane fides.
In me iurarunt ſomnus:uentuſq; fideſq;.
Prodita ſum cauſis una puella tribus.
Ergo ego nec lachrymas matris moritura uidebo
Nec mea q digit⁹ lumina cõdat erit
Spiritus infœlix peregrinas ibit in auras:
Nec poſitos artus unget amica manus.
Oſſa ſuperſtabũt uolucres ĩhũata marinæ
Hęc ſunt officiis digna ſepulchra meis.
Ibis cecropios portus:patriaq; receptus.
Cum ſteteris turbæ celſus honore tuæ.
Et bene narraris lætum tauriq; uiriq;:
Sectaq; per dubias ſaxea tecta uias.
Me quoq; narrato ſolam tellure relictam
Non ego ſum titulis ſurripienda tuis.
Nec pater ẽ ægeus:nec tu pitheidos æthræ
Filius:auctores ſaxa:fretumque tui.
Dii facerẽt:ut me ſũma de puppe uideres:
Mouiſſet uultus mœſta figura tuos:
Nũc quoq; nõ oculis:ſed q̃ potes aſpice mẽ
Hęrẽtẽ ſcopulo:quẽ uaga pulſat aq̃ te
Aſpice demiſſos lugentis more capillos:
Et tunicas lachrymis ſicut ab ĩbre graues
Corpus ut impulſę ſegetes aq̃lonib⁹ horrẽt

VBER. Fides.ſcilicet fuit crudelis. Nomen inane:ideſt ſine effectu ſic in primo de arte. Nomen amicitiæ nomen inane fides:nam cum dicatur a fio:ut uoluit Cicero non tamen fit quod promiſiſti:& ita eſt nomẽ inane. Data fides:a te. Poſcenti:mihi poſtulanti. Vna:ideſt ſola. Tribus cauſis:ſcilicet ſomno uentis & fide. Ergo.particula eſt non illatiua hoc loco:ſed ĩdignatiua:ingemiſcit enim q ſit moritura in illa inſula ubi nullum ſentiat officium ſuorum. Nec uidebo lachrymas matris.ideſt non uidebo matrem meam:quæ me morientẽ defleat. Qui cõdat.ideſt qui claudat:nam mortuis ſolebant ꝓpinquiores claudere oculos:ut ſupra in prima epiſtola. Ille meos oculos comprimat ille tuos. Spiritus.ideſt anima. Peregrinas.ignotas. Poſitos artus.i.membra mortua:Virg. Sic o ſic poſiti affari diſcedite corpus. Iunget:melius legitur unget.nam cadauera prius lauabantur:deinde ungebant Ennius. Tarquini corpus bona fœmina lauit & unxit. Volucres marinæ:quæ ſunt uicinæ huic inſulæ. Oſſa inhumata.ideſt ſtabunt ſuper oſſa mea carentia humatione & ſepultura. Hæc ſunt ſepulchra digna meis officiis:ideſt hæc ſunt officia talia:qualia merentur mea erga te beneficia:hyronice dixit. Ibis:ut eum magis moueat dicit:ut Theſeus meminerit cum redierit athenas:& narrabit res ſuas geſtas inter eas commemorare quemadmodum decepit Ariadnẽ:a qua tot tantaq; acceperat beneficia. Cecropios:athenienſes:dictum eſt ſupra. Portus:deeſt in. Patria:urbe athenarum. Celſus:altus. Turbe:populi. Et bene narraris.deeſt cum.& legendum eſt narraris:non autẽ narrabis. Letum.mortem. Tau.q; uiriq;:ideſt Minotauri. Saxea tecta.ideſt labyrinthum. Tellure.hac inſula. Nõ ego.deridet ipſum & ironice loquitur. Surripienda.remouenda. Tuis titulis.tuis laudibus. Nec pater.ex nimia ira dicit eum nõ eſſe humano ſanguine genitum:ſed ex ſaxis. Pater.ſcilicet tibi. Aethræ pytheidos.i.filiæ pythei:ut ſupra diximus. Auctores tui.ideſt parẽtes:& ex qbus es genitus.ſic Dido ad Aeneã apud Virg.lib.iiii.æne. Non tibi diua parens generis nec dardanus auctor Perfide:ſed duris genuit te cautib⁹ horrẽs Caucaſus:hyrcanæq; admorunt ubera tygres. Dii facerẽt.nititur mouere eum ad commiſerationem ſui. Videres:pro uidiſſes. Mœſta figura.ideſt aſpectus meus triſtis & lachrymoſus. Mouiſſet:ad miſericordiam & lachrymas deduxiſſet. Non oculis:quia ex remotione locorum non potes oculis corporibus me uidere. Sed mente.ſed cogitatione. Hærentem:ideſt finge uidere me ſtantem in ſcopulo ab aqua pulſato. Demiſſos.per humeros ſparſos. More lugentis:ideſt more eius:quæ mortẽ alicuius mœret. Tunicas.ſ.meas. Graues lachrymis.ideſt madefactas. Sicut ab ĩbre:ideſt ſicut ab aqua. Corpus:dicit ſe pre dolore & timore tremere:ſicut ſegetes tremuerunt per uentos. Horret.tremit. Impulſæ:notæ. Aquilonibus:ideſt uentis:poſuit autem aquilones pro omnibus uentis:& hæc comparatio eſt etiam in primo libro de arte amandi de ipſa Ariadne. Horruit:ut ſteriles agitat quas uentus ariſtæ. Vel leuis in madida canna palude tremit.

ANTO. Labat lr̃a:qa tremunt articuli horrore compreſſi:epiſtola rudibus notis eſt ſcripta. Nõ te per meritũ:ſolita deprecatione epiſtolam claudit. Adoro te:nõ per meritum:qa ingratitudine Theſeũ inſimularat

non erat beneficiis deprecandus. Quoniam male ceſſit: mihi fuit inutile: nam cum gratias rependi expecta rē: in ſolitudine feris deuoranda relicta ſum. Facto meo: meis beneficiis: quæ in te contuli. Sed nec pœna quidem. ſi non eram digna gratiis pro collato beneficio: non eſt cur pœna ſim afficienda. Non ego cauſa ſalutis. exprobrat beneficia. ſi negas me te eripuiſſe e medio læti turbine: tamen ad necem tu me cogere non debebas. Has tibi plangendo. tranſlatio eſt a uictis in prælio: qui cum ſuccubuerint manus tendere conſueuerunt. Laſſas plangendo pectora. quæ iam langueſcunt: dum me percutiunt. Qui ſuperant: cæteros laniatu aſſiduo decerpſi. Tua facta. ad ſæuitiam: & perfidiam hoc refert. Si prius occi. q̄ ī naxon ſis reuerſus. Oſſa leges: in ſepulchro compones a ferarum dentib⁹ decerpta: Ex peonis Amataſii hyſtoria ſumptum: qui ſcribit: ut diximus Ariadnam in Cypro reliquiſſe nauigatione defeſſam. & cum rediret extinctam repperiſſe: reliquiſſeq; pecuniam ad ſepulchri & funeris pompam.

VBER. Lr̄a preſſa. i. ſignata & ſcripta. Articulo. ideſt digito. Labat: uacillat. i. non habet rectum ordinē. Non adoro: ideſt non oro nec adiuro. Per meritum. ideſt per beneficium qđ tibi præſtiti. Qm̄ male ceſſit: ideſt male ſucceſſit mihi: quia male locaui ipſum. Nulla gratia. i. nulla retributio. Si facto meo. i. beneficio quod tibi feci Sed nec pœna: ſ. ſit meo facto. i. ſi non uis reddere gratiam facto meo non debes etiam reddere pœnam & malū. Si non. i. ſi nō fui tibi cauſa ſalutis: ſicut fortaſſe tu exiſtimas: non tñ eſt cur tu ſis mihi cauſa necis. ideſt cur tu debeas eſſe cauſa meæ mortis. Has. dycticos: ideſt demonſtratiue. Plangendo. ideſt percutiendo: Tātum enim p̄cuſſi pectora mea: ꝙ ipſæ manus ſunt laſſæ. Tendo. porrigo. Qui ſuperant. i. qui ſuperſunt & reſtant. nam reliquos pre dolore laceraui: & auulſi. Tua facta. ſ. crudelia quã me deſeruiſti ſolam. Flecte: ordo pēdet ab eo loco. nō te p̄ meritum. hucuſq; flecte ratem: Verte nauē ad me recipiendam. Relabere: retro nauiga. Verſo: mutato. Si occidero prius. i. ſi mortua fuero anteq̄ redeas ad me abducendū ex his locis. Tu feres oſſa. i. efferes: & ſepelies. concluſit aūt epiſtolam p̄ cōmiſerationem. Exitus rei fuit: ꝙ Theſeus nunquam reuerſus ē ad eam: ſed illa inuenta a Baccho in ea inſula facta eſt uxor eius: & tranſlata in cœlum cum corona ſua: & facta eſt ſignum qđ hodieq; dicitur Corona: ut ſupra alio loco diximus. eius autem tranſmutationem deſcribit optime ipſe Oui. libro primo de arte amandi. & lib. iii. faſtorum: & libro ſeptimo methamorphoſeos.

Litteraq; articulo preſſa tremente labat.
Nō te p̄ meritū (quoniā male ceſſit) adoro:
Debita ſit facto gratia nulla meo.
Sed nec pœna qdē: ſi nō ego cauſa ſalutis
Nō tamē eſt cur tu ſis mihi cauſa necis:
Has tibi plangēdo lugubria pectora laſſas
Infelix tendo trans freta longa manus.
Hos tibi q̄ ſuperāt oſtēdo mœſta capillos.
Per lachrymas oro: q̄s tua facta mouēt:
Flecte ratem theſeu. uerſoq; relabere uēto.
Si prius occidero: tu tamen. oſſa feres.

P. Ouidii Naſonis Epiſtolaꝝ heroidum liber tertius incipit.

Canace Marchareo

[S]I qua tamen cæcis errabunt ſcripta litturis.
Oblitus a dn̄ę cęde libellus erit.

In Vndecimam Epiſtolam Argumentum. ANTO:

Ynas ex Menalippe Aeolum genuit: qui Theſſaliæ partem tenuit. quam a ſe æolida nuncupauit: filiam Arnen habuit. ex qua Neptunus geminos Boetum & Aeolum ſuſcepit. Boetus in aui materni regnum ſucceſſit. Aeolus uero cum ad inſulas thyreni maris appellaret: quas Lyparus Auſonis filius tenebat accepta coniuge huius filia in regnum ſucceſſit. inſulaſq; de ſe æolias nuncupauit. Deinde ex Cleopatra: quæ erat ex genere Leſtrygonum: ſeptem filios & totidem puellas ſuſtulit. licet Homer⁹ duodecim tantum commemorat: Hi ſunt qui nominantur mares. Aſtiochus: Xutus: Androclens: Pherenon: locaſtes: Agatyrſus & Machareus. Puellæ uero. Iphe: Aeola: Peryboca: Dia: Aſtoicatia: Hepheſtia & Canace: omnes: ſi Diodo. credimus: ob gloriam & uirtutem in maximo honore ſunt habiti: præter Canacem. Quæ quum ex fratre Machareo filium pepeciſſet: comperto facinore ſeipſam iuſſu patris trucidauit. Machareus in templum Apollinis delphici cōfugit: quem uolunt cum Oreſte in necem Neoptolomi conſpiraſſe. Moritura igitur Canace per epiſtolam Machareum precatur: ut expoſiti infantis oſſa legat: & una cum ſuis urna cōponat. Si qua tamen cæcis errabunt ſcripta litturis. Imperfectum dicendi genus: ut querentem propinqua nece inchoare decet: relinquitur enim animo conficiendum: magis quā uerbis explicari poſſit. Sūt enim uocabula quæ cū principiis conueniunt: ut q̄q̄ licet. & ſi & cætera id genus: alia ſibi ſubiici deſiderant. Alia quæ tñ ſubiicimus. ut etiam uero: tamen. Sed qui elegantius locuti ſunt. cum aut indignationem: aut dolorem exprimere uoluerunt: ut irarum æſtus aut querelas ſignificantius oſtenderent: quibus honeſte inchoare nō cōuenit ab his ſumpſere principia: ut uirgiliana Iuno ad Venerem cum indignatione loquitur. Egregiam uero laudem & ad Aeneā Dido. diſſimulare etiā ſperaſti p̄fide tantum poſſe nephas. Et ī triſtibus Oui. Ergo erat ī fatis ſcythiā quoq; uiſere nr̄is. Canace quoq; cū ſcriberet. cū ante oculos gladiū a p̄re miſſum ut illo ſe p̄imeret haberet: ut decebat p̄cipio abrupto uſa eſt. Si qua tñ inq̄t cæcis errabūt ſcripta litturis. In hoc principio tacetur qđ p̄cedere debuit. i. decreui ante necē ad te ſcribere. tñ ſi litteraꝝ notæ quoquo modo oblitteratæ fuerint ſcias id cadētis Canaces ſanguine obtigiſſe. Libellus. libellum pro epiſtola uſurpat. VBER.

Si qua tamen. Ex qua uxore Aeolus rex uentorum ſuſceperit Canacem & Machareum mihi incertum eſt: ſed tñ & Seruio teſte: & Ouidio in hac epiſtola ſcribēte patet eos Aeoli filios fuiſſe: qui cum turpiter ſe ama-

rent:& conſaguinitatis pretextu tegente cũlpam concubuiſſent. Canace ex eo cõcubitu concepit: & peperit filium: quem cum clam e regia per nutricem emitteret: ut aleretur. infœlix infans ſe ſuo uagitu prodidit auo: qui tãto offenſus ſcelere: iuſſit infantem innocuum exponi canibus: gladium uero per ſatellitem miſit quo illa pro meritis uteretur: quo ſe interfeciſſe creditur. Machareus pœnæ & irarũ patris metu territus ex patria aufugit. crediturq; factus ſacerdos delphici Apollinis. q poſtea uerbis oraculi Oreſtẽ in cædem pyrrhi ob raptam Hermionem hortatus dicitur. interea deprehẽſo ſcelere Canaces. priuſquam moreretur fingit poeta eam ſcripſiſſe hanc epiſtolam ad Machareum. qua ei narrat caſum ſuum & iram patris: & poſtremo rogat: ut colligat oſſa ſua & ĩfantis: & in una urna ea recondat.

Dextra tenet calamũ ſtrictũ tenet altera ferrũ
Et iacet ĩ gremio charta notata meo.
Hæc eſt æolidos fratri ſcribentis imago:
Sic uideor duro poſſe placere patri.
Ipſe necis cuperẽ noſtræ ſpectator adeſſet:
Auctoriſq; oculis exigeretur opus
Vt ferus eſt: multoq; ſuis truculẽtior euris:
Spectaret ſiccis uulnera noſtra genis:
Scilicet ẽ aliquid cum ſæuis uiuere uentis:
Ingenio populi conuenit ille ſui.
Ille noto: zephyroq; & ſythonio aquiloni.
Imperat: & pœnis eure proterue tuis
Imperat en uẽtis: tumidę nõ imperat irę:
Poſſidet en uiciis regna minora ſuis.

Si q̃ tamẽ. ſunt qui extimant hic aliquid deeſſe. quia tamen non uideatur conuenire pricipio. & in quibuſdam codicibus inueni hos duos uerſus. Aeolis æolidæ: quam non habet ipſa ſalutem Mittit. & armata uerba notata manu. in duobus tamen codicibus meis uetuſtiſſimis hi uerſus non leguntur: quod autem ante tamen uideatur aliquid eſſe præponendum plærunq; magis ſit in ſenſu q̃ in uerbis. nam intelligitur mitto tibi hanc epiſtolam. tamen ſi qua ſcripta. ideſt ſi aliquæ partes meæ epiſtolæ. errabũt. ideſt nacillabunt. & non habebunt rectum ordinem. Lituris: ſignis litterarum a linendo. uel maculis. Cæcis. obſcuris quæ non bene poſſint legi. Libellus. epiſtola uel charta. Oblitus. fœdatus. A cæde. propter cædem. Dominæ. i. mei Canaces. Dextra. deſcribit caſum ſuum. Ferrũ. enſẽ Metonomia. Strictum. nudum. Iacet. ſedet. poſita eſt. Soluta. aperta. Hæc eſt imago. hæc eſt forma. in qua tu potes conſiderare me eſſe. Aeolidos. mei Canaces quæ ſum filia Aeoli. Sic. hac forma. ſcilicet enſe nudo parato ad necem meam. Duro. crudeli. adducit aũt cũ ĩ odium cõmemorãs eius crudelitatẽ. Ipſe. ſ. pr̃. Spectator. qui uideret. Opus. i. cædem meam. Exigeretur. perficeretur. Oculis. ideſt in conſpectu. Auctoris. ſ. patris qui eſt auctor & cauſa ut me interficiam. Truculentior. ſæuior. Suis. qui ſunt ſub imperio ſuo. Spectaret ſiccis. i. uideret cædem meam ſine ulla effuſione lachrymarum. Scilicet. arguit a conſuetudine. ideſt cõuerſatione. dicit q̄ q̃a uerſatur: & uiuit cũ uentis: qui ſunt ſæui ipſe quoq; eſt ſæuus: & cõuenit naturæ uentorũ. Conuenit. facit. Ingenio. naturæ. Sui populi. i. uentorum. Ille noto. enumerat q̃tuor uentos. Noto. not[9] ſine aſpiratione uẽtus ẽ meridionalis humidus & pluuius: qui a noſtris auſter dicitur. Zephyrus aũt occidentalis eſt qui latine fauonius dicitur. Aquiloni. i. boreæ: qui ab aquis diſcuciẽdis dicitur: aquilo latiæ. Sithonio. threicio. flat enim ex thracia. Sithon aũt ẽ ut in ſecunda epiſtola diximus mons eſt Thraciæ. Eure. is ẽ uentus orientalis. de his oĩbus uentis cardinalibus Oui. lib. i. meta. Eurus ad auroram nabatheaq; regna receſſit. Perſidaq; & radiis iuga ſubdita matutinis Veſper: & occiduo qua littora ſole tepeſcunt Proxima ſunt zephyro. ſcythiã ſeptẽq; triones Horrifer inuaſit Boreas. contraria tellus Nubibus aſſiduis pluuioq; madeſcit ab auſtro. Pẽnis q̃a uenti dicunt̃ habere alas. unde ipſe. lib. vi. meta. de Borea abducente Orithyã dicit. pauidã caligine tectus Orithyã amans fuluis cõplectitur alis. Tumidæ. quæ tumidum facit. Minora ſuis uitiis. quia poteſt reprimere uentos. qui ſunt ſub regno ſuo. uitia autem ſua. ideſt iram non poteſt coercere.

ANTO. Dextra tenet calamum. ab corporis habitu pathos cõcitat. Ferrũ. enſem ſignificat ab æolo miſſũ. Aeolidos: de ſe loq̃t̃: p̄ide atq; de alio narrare: is eſſe ĩgt habit[9] canaces Aeoli filiæ: forma hæc nominũ: ut phillis: æneis: thebais: æolis. & æolidos. Duro patri: æolũ patrem ĩ odiũ trahit. dũ illius crudelitatẽ expõit. Opus exigeret: mãdata efficerẽ. hoc ẽ me ipſã p̄imerẽ. Oculis auctoris: æolũ ſignificat q necis cãm p̄buerat. Vt ferus ẽ: p̄ticula ut interdũ tẽpus ſignificat: ut Virgilianũ illud. Turnus. ut ĩ fractos aduerſos marte latinos. ĩ aſinaria plaut[9] p̄ quãtũ uſurpauit: cũ Agirippus dicit: ut nr̃æ fortunæ mei p̄cedũt libanæ: lõgæ q hodie nũq̃ ad ueſperũ uinã: hoc loco cũ ſimilitudinẽ exprimat ita carminis licẽtia p̄teriit Oui. ut illud ĩ oratore Cicerõis ẽ cũ dicit. Vt q̃ſq; optĩe græce ſcirẽ: ita eẽ neq̃ſſim[9]. Hic locus nos admonet ĩ hac iũctura duarũ p̄ticularũ ita & ut ñ ſp̄ gradus reſpõdere debere: ut q̃buſdã placuit. Nã Oui. ſiccis ñ ſicciorib[9] genis dixit. ut ẽ itaq̃ crudeliſſimus ita meã cædẽ ñ lachrymabũdus ĩſpiceret. Scilicet eſt aliq̃d. ſ. ſi cũ acerbitate aliq̃ q̃d ẽ efferat̃: q̃d dicĩus negat: ut ẽ apud Virgiliũ. Scilicet is ſup̄is labor ẽ: & ĩ andria Terentii: id cũrat populus. ſ. q̃d ita dictũ ẽ: ut nec dii: nec populus curarẽt. hoc loco affirmat: ut ſi p̄fecto multũ ẽ. Ingenio. uiolẽtiæ. ſunt. n. uenti inexorabiles & ĩmites. iõ poetæ ſurda freda ſolent appellare: quoniã orãtiũ p̄ces nõ audiãt uentorũ rabie impulſa: & ariadne dixit. Vos quoq; crudeles uenti. Populi ſui: uentos ſignificat: quorũ ĩp̄erium æolo Homerus aſſignat: q̃d iõ putaſſe ueteres exiſtimo. quoniã uti uelis nautas edocuerit. & ſcierit æolus ex exalatiõe q̃ ex antris æoliis emergebat. q uẽti eſſent ſpiraturi. Sythonio ẽ Athrãcia ad ſeptentriõẽ expoſita. unde expirat aq̃lo quã diximus uetuſtiſſimo uocabulo Sylonẽ appellatã. Oui. quattuor illos uẽtos p̄õit. quos obſeruauit antiq̃tas & Home. in odyſſea commemorat: cum multos alios obſeruauerit poſteritas. ut apud Pliniũ & Victruuium licet legere. Tumidæ non imperat iræ. Suam uiolentiam moderari neſcit. licet cohibeat uentorum rabiem Vitiis tuis. patri uitio dat crudelitatem. Superat inquit uentos aſperitate & ſæuitia. quibus imperat.

ANTO. Quid iuuat admotam: pathos a genere. nihil ꝓdeſt me ducere genus a ſaturno. Nam ut diximus Neptunus auctor ē generis æoli cuius: frē ē iuppiter. Admotā: iunctā. Proauorū nomīa. hi ſūt cælus: Saturn⁹ Neptunus. Funebria: ad meū funebre exitiū miſſa. miſerat enī æolus enſē p ꝑconē: ut ſeipſam trucidaret. Nō mea tela: fœminea tela ſūt colus: & cū ſtaminibus lana & calathus. O utinā. pathos a facti pœnitentia. Cōmiſit in unū. uno lectulo cōiunxit. Hora ſerior meo læto: āte id tpis uellē cecidiſſe: quoniā patris uiolētiā ñ expirer nec noſtri generis decus extinguerē. Plus me frater q̄ frater amaſti. dolet ꝙ Machareus nō fratrē: ſed amicū ſe cū ſorore geſſerit. qđ fuit plus q̄ fratrē deceat. Nō debet qđ ſoror eē. nō decet ſororē ſe amicā cū fratre gerere. Incalui: amore incenſa ſui. Qualē: ut multi receſſere conſueuerūt ſenſi cupidinis uiolētiā. Neſcio quē ſeſi. erat. n. oīs amor Canace ignot⁹. Fugerat ore color: ordit̄ qcqd poſt amorē & in amore geſtū ē: & primū a ſignis quātum ipſa amarit indicat. Obduxerat: inuaſerat. Quid eſſet: quibus curis cōflictaret̄. At illud erat. amabā. iō curis angebar. Aīo anili: q ob ætatē reꝝ habet experientiā. Deiecit ocellos. qđ ē maximū erubeſcētiæ ſignū: qđ ī æneã nō fore Dido Virgiliana q̄rit̄ cū ait. Nū gemitu doluit nr̄o. nū lumina flexit. Hæc ſigna. macies: uigiliæ: erubeſentia. In tacita: cū me amare nō negarē: ſed tacerē: uidet̄. n. fateri q rogatus tacet. Iāq; tumeſcebāt: honeſte ꝑterit: ut cum fre iūcta ſit. Viciati: uiciatas dicimus uirgines: cū pudicitiā poſuerūt: ut terētianū illud ī andria. Glyceriū uiciauit Pāphilus. Onus furtiuū: fœtus furtī cōcept⁹. Quas mihi ñ herbas: partū ex utero excutere conati ſunt herbaꝝ ſuccis ex qbus maxīe ualere ſiſimbriū ſcribit pli. ſi cibo: aut ſucco ſumatur. Suppoſuit: utero appoſuit ad excutiendum fœtum. Pœnitus: ex intimo utero:

Quid iuuat admotā ꝓauorū nomina cœlo
Inter cognatos poſſe referre iouem?
Nō minus infectū funebria muneta ferrū
Fœminea teneo nō mea tela manu.
O utinā machareu quæ nos cōmiſit in unū
Veniſſet læto ſerior hota meo.
Cut unq̄ plus me fratet q̄ frater amaſti?
Et tibi non debet quod ſotor eſſe: fui?
Ipſa quoq; incalui: qualēq; audire ſolebam
Neſcio quem ſenſi corde tepente deum.
Fugetat ore colot. macies obduxerat artus.
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec ſomni faciles. & nox erat ānua nobis.
Et gemitum nullo læſa dolore dabam.
Nec cur hoc facetē poterā mihi redere cau(ſā
Nec norā qđ amās cēt: at illud erat.
Ptima malum nuttix animo preſenſit anili.
Prima mihi nutrix æoli dixit: amas.
Erubui: gremioq; pudor deiecit ocellos:
Hæc ſatis in tacita ſigna fatentis erant.
Iamq; tumeſcebant uiciati pōdera uentris:
Aegraq; furtiuū mēbra grauabat onus
Quas mihi nō herbas. quæ nō medicamīa
Attulit. audaci ſuppoſuitq; māu (nutrix
Vt penit⁹ noſtris (hoc te celauimus unū)

